













7

HEBR: DON

~~Hebr~~

תפוחי זהב

POMA AVREA HEBRAICAE LINGVAE

F. FRANCISCI DONATI ROM. ORD. PRAED.

In Tria OPVSCVLA distributa.

Primum est, *DE ACCENTIBVS*. Secundum, *DE ABBREVIATVRIS*. Tertium, *DOCTRINAM CHRISTIANAM Hebraico sermone conscriptam; Variasq; Sacrarum Rerum Versiones studiosis perutiles delectabilesq; complectitur.*





ROMAE Excudebat Stephanus Paulinus, MDCXVIII

SVPERIORVM PERMISSV.

Expensis Andreae Brugiotti.

FACULTAS IMPRIMENDI

A.R.P. Vicarij Generalis Ord. Prædic.

OS Fr.Raphael Riphoz Sacræ Theologiæ Professor,ac totius Ordinis Prædicatorum Vicarius Generalis, Facultatem concedimus vt Typis mandari possint Opuscula in Linguam Hæbraicam *Poma Aurea* inscripta Fr.Francisci Donati, Nostri Ordinis,recognita iã & approbata à tribus, Ad RR.PP.Sac. Theolog. Mag. Linguæ Sanctæ professoribus, si tamen ita videbitur Reuerendissimis D.D.Vices gerenti,& Sacri Apostolici Palatij Magistro. Datum Romæ in Conuentu nostro S. Mariæ super Mineruam die 12. Martij 1616.

Fr. Raphael Riphoz qui supra

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sacri Pal. Apost.

Cæsar Fidelis Vicesg.

APPROBATIO OPERIS.

EX comissione Reuerendissimi P. F. Hyacinti Petronij Sacri Apost. Palatij Magistri *Aurea Poma* R.P.F. Francisci Donati diligenter consideraui, & in ijs nihil me reperisse testor, nisi quod fidei catholicę bonisq; moribus cõsonam doctrinam,& summã eruditionẽ vndiq; spiret: Adeo vt vere Aurea à me iudicentur illudq;Salomonis dictũ eis iure optimo conuenire. תפוחי זהב במ
שכיות כסף דבר דבר על אפניו *Poma aurea cũ canccellaturis argenteis verbũ prolatũ cũ modis suis*. Ita enim omnia docte, erudite,& accurate in hoc opere ab Auctore tractantur,vt ex eo plurimũ vtilitatis, tũ ad Linguæ Sanctæ perfectã acquisitionẽ, tum ad Sacræ Scripturæ vim & intelligentiam,ac demum ad Rabbinorum Com-

mentaria librosq; intelligendos, percipere quilibet studiosus possit. Quare dignissimum ipsum censeo quod ocyus euulgatum publica luce donetur. Romæ die 27. Decembris 1617.

Fr. Petrus de Treuio Ord. Præd. Sac. Theol. Mag. & ad Hebræos Concionator.


EGO Fr. Marius Calasius Ordinis Minorum de Obseruantia Sacr. Theologiæ Doctor, & Lector Linguæ Sanctæ, ex commissione Reuerendiss. Mag. Sacri Palatij Ap. vidi *Poma Aurea* Linguæ Hebraicæ R. P. F. Francisci Donati Ordinis Prædicatorum, nihilq; in eis inueni contrarium Fidei Catholicæ, bonisq; moribus; immo perdignum opus duco vt Typis mandetur ad communem studiosorum Linguę Sanctę vtilitatem. Romæ die 10. Aug. 1616.

Ego Fr. Marius Calasius qui supra.

EX mandato Reuerendissimi P. F. Hyacinthi Petronij Sacr. Apost. Palat. Mag. Librum in tria opuscula distributum, cuius Titulus est, *Poma Aurea* R. P. Fr. Francisci Donati, vidi, & nihil in eo contra fidem orthodoxam aut bonos mores inueni; immo è contra multa vtilia & pernecessaria ad adipiscendam Sacræ Linguæ cognitionem. Vnde eruditum, Viri docti opus luce maxime dignum censeo. Romæ die 20. Septembris 1617.

Ego Fr. Bonauentura Hepburnus, Scotus, Minimus, Theologus, & Linguarum professor.

Imprimatur. Fr. Gregorius Donatus Romanus Mag. & Reuerendissimi P. F. Hyacinthi Petronij Romani Sac. Pal. Apost. Magistri Socius, Ord. Præd.



ILLVSTRISS.[MO] PRINCIPI

IOANNI BAPTISTAE LENIO

S.R.E. CARDINALI

AMPLISSIMO.

FR. FRANCISCUS DONATUS ROMANUS

ORD. PRAEDIC. F.



NEC gratias aquis habemus, quæ extructis canalibus manant quà iussæ sunt; nec ager tam laudatur, qui precium culturæ rependit, quàm dãnatur si commissum semen necat. Quid igitur

igitur magnum hic presto, si domestico iure deuinctus, (Illustrissime Princeps) Tibi refero ingenij fructus, quos aliò deriuare nefas esset? Nihil mihi in munere isto debes, nisi quòd quæ facere debebam, sponte ac lubens feci, gratulatusq; sum felicitati meæ, quæ me tam iucundi officij necessitati implicuit. Domestica enim in nos merita tua (Cardinalis Amplissime) si quis seriò nosse volet, sciat tantum nos priuatim virtutibus tuis debere, quantum ab ijsdem publicè, optimus quisque partim sensit, partim expectat. Dijs quos sibi antiquitas finxit, non tam magna, quam prima munera placebant: Ac ne prouocem ad illa deceptæ mortalitatis ludibria; Numini Sancto, Numini soli & vero, non quod optimum, sed quod primum nasceretur, sacrum olim esse oportuit, Tibi ergo hoc ipsum, exilitatem muneris istius conciliet, quod primus est immaturæ adhuc ætatis fœtus & πρωτοπειρία quæ

stu-

ſtudia mea ediderint; nec exerrantia temerè quidem illa, ſed ex præſcripto illius euntia, qui virtutibus tuis purpuram, nobis omnibus iuſtiſſimas leges impoſuit. SANCTISSIMVM PONTIFICEM PAVLVM QVINTVM intelligo, quem Deus Eccleſiæ Catholicæ diu ſoſpitet. Vbi ſcilicet ſanxit, vt in Religioſis familijs linguarum quæ ad fidem ac Theologiam faciunt, ſtudia colerentur; Illico ingenium eo applicui, vt obſequium vtilitati coniugerem: Et ſermonis Hebraici iſta pręcepta mihi primum, mox & quoniam amicis ſic placuit, alijs quoque collegi. Lucem verò iam illa aſpicient, vt omnes intelligant, & quàm mihi ſint pręcipua S. D. N. mandata: & tu virtute ac gloria exaggerate Princeps, inter cæteras dotes, quantæ felicitatis ſis, qui pró maximis beneficijs, tantilla donaria libens reſpicias, partus informes gremio tuæ benignitatis excipias, & in-

cer-

certam tui patrocinij ſedem adſcribas. Vale. Romæ ex Conuentu S. Mariæ ſuper Mineruam XVII. Decembris MDCXVII.



PRAEFATIO AVCTORIS

Ad Lectorem Beneuolum.



QVAE vtilitas ex diuersarum cognitione linguarum in Remp. Christianam inueheretur, pridem agnouit Summus Pontifex Clemens V. Agnoscit & ipse hodie, æui nostri fœlicitas, PAVLVS V. PONT. O. M. qui Clementis de eo studio Sanctionem, veluti in iuuentam restituturus, publica Constitutione edixit, vt in omnium, quocumq; nomine censeantur, Religiosorum studijs, sint qui Arabicam linguam, qui Græcam, qui Latinam, sed præcipuè qui Hebraicam profiteantur. Præmijs quoq; animos iuuenum ad has disciplinas alliciens; quippe ex Doctoratus Candidatis præferri hos iussit, qui in tribus saltem linguis promouerint, vt iam face cæteris possint ad illas prælucere. Cæteras dignitates quæcunq; in Religiosis Ordinibus vigent, voluit eadem cautione dispensari.

Non impigrè tanto Pontifici, in re tam vtili Superiores nostri illico parendum decreuerunt. Ludum ergo Hebraicæ linguæ aperuere hic protinus in nostro Romano Collegio Sancti Thomę Aquinatis. Mihiq; mox vt animum ad hoc adijcerem,& res ipsa persuasit,& locus,& Lectoris præstantia, nimirum A.R.P. F.Petri Pichij de Treuio Sacræ Theologiæ Magistri sapientissimi, & in Vrbe ad Hebræos Catholicæ fidei Concionatoris, cuius erudita eloquentia atq; viuax, multos eorum adegit, vt ab insita pertinacia ac cęcitate, ad Ecclesiæ lumen accederent. Et me quidem ad hæc studia accendebat quòd cum omnes Disciplinæ sint veræ ac sublimes animi opes, tum ista præcipuè nescio quo viciniori cum cœlo commercio grandiora promittat discentibus;

 deinde

deinde quòd eius beneficio Sanctissimum Ducem Dominicum, Vincentium, cæterosq; Maiores nostros imitati, Catholicam fidem ab hostium furore defendimus, excæcatas eorum mentes ad veritatis lumen reuocamus, atq; ita Sacrosancti nostri Instituti finem consequimur.

Linguam istam quatuor præcipuè titulis auctam comperio. Primo dicta est לשון לשונות Idest, *Lingua Linguarum*: siue Linguarum Matrix, vt eam Diuus Hieronymus vocat in Tertium Cap. Sophoniæ. Quid ni autem, cum linguarum omnium Prima extiterit: cæteræq; ab ea diuisæ in confusione Babeli, tanquam à matre multum acceperint?

Dicta deinde est לשון אלהים Idest, *Lingua Dei*: quia Deus eo Idiomate ad Patriarchas nostros, Adamum, Noemum, Abrahamum, Moysen, ac cæteros loquutus est.

Vocata etiam fuit, לשון הקדש Idest, *Sanctitatis Lingua*, seu *Sancta*. Nam quid sanctius quàm aut Sancti Patriarchæ atq; Prophetæ, aut diuina Oracula in eorum mentibus à spiritu Sancto concepta, quæ ipsi hoc idiomate ad mortales retulerunt? Accedit quod niueo pudore vbiq; verecunda, nulla turpium rerum obscænitate corrumpitur, castè exprimens quicquid etiam à pudoris lege abit. Neque desunt, qui hanc linguam vt in nascentis exordio mundi viguit sola, ita existiment & solam in orbe fore superstitem cum finita mortalitatis serie exibunt hæc humana. Ita conijcit Georgius Venetus ex Soph. Cap. Tertio: etiam Bonauentura in sua præfatione ad Aramæam comparationem, qui & tendit vlterius, æternam scilicet fore hanc linguam, eaq; in cœlis Sanctos vsuros; quandoquidem illic quoque aliquis erit Sermo vocalis, iuxta illud Psa. 149. *Exaltationes Dei in gutture eorum* Idē Theologi tradunt in Quarto d. 49. art. 5. Dominicus Sotus ibidem. Maior etiam, quem refert, & sequitur Michael de Palatio in 3. disput. 31. & 32. disput. vnica, pag. 374. colum. 1. Et illi argumentantur ex his verbis Soph. 3. *Quia tunc vertam ad populos labium electum, vt inuocent omnes nomē* IEHOVAE. Et Psal. 83. *Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula*

secu-

ſæculorum laudabunt te. Ideo *Angelicam linguam* appellauit Apoſtolus 1. Corinth. 13. 1. vt Haymo exiſtimat, multiq; in eum locum interpretes.

Ab Iſaia deniq; Cap. 50. appellatur, לשון למודים Ideſt, *Lingua Doctrinarum*. Infudit enim hac lingua Adamo, Salomoniq; ſcientias Deus. Et omnium deniq; diſciplinarum fontes ab ea in Orbem deriuarunt.

Quanta porrò ſit iſtius linguæ vtilitas, Audiamus Auguſtinum, Audiamus Hieronymum. Auguſt. lib. 2. de Doctr. Chriſtiana: *Contra ignota* (inquit) *ſigna magnum remedium eſt linguarum cognitio, Hebrææ ſcilicet & Græcę, vt ad exemplaria præcedentia recurratur, ſi quam dubitationem attulerit Latinorum Interpretum infinita varietas.* Hieronymus in Epiſtola ad Suniam & Fretelam hæc habet: *Sicut in Nouo Teſtamento, ſi quando apud Latinos quæſtio exoritur, & eſt inter exemplaria varietas, recurrimus ad fontem Græci ſermonis, quo Nouum ſcriptum eſt Teſtamentum; Ita in Veteri Teſtamento, ſi quando inter Græcos Latinoſq; diuerſitas eſt, ad Hebraicam recurrimus veritatem, vt quicquid de fonte proficiſcitur, hoc quæramus in riuulis.* Nihil quidem huius linguæ diſciplina vtilius, ſiue cum Hæretico ineunda diſputatio, ſiue cum Infideli, vel inſtituendi ad fidem ignari linguarum quæ apud nos in vſu ſunt: quam vnicam cauſam retulit Clemens Papa in illa Clement. Tit. 1. de Magiſtris. Omitto voces eſſe complures, quæ dubiæ atq; ambiguæ, nulla ad nos interpretatione tranſierunt. Illas abſq; huius linguæ notitia nuſquam intelligas. Recenſerem hic aliquot, niſi commodiorem locum in alio deinde haberent opere.

Cum igitur primum hanc linguam, vt Sophonias vocat, *Electam*, guſtauiſſem, & iam aliquid ſenſus ad animum perueniret, ita me cepit eius ſuauitas, vt non laboribus, non vigilijs parcerem, nunc priuato ſtudio hærens, nunc à peritiorum ſermonibus pendens. Tandem viſus ſum fructum aliquem ex illa quantulacunq; diligentia percepiſſe: multa interim annotabam, eaq; præcipuè, quæ in arduo magis erant. Sed nihil difficilius Accen-

tibus mihi visum, quod eorum ratio haud sit à multis Grammaticarum Hebręarum Authoribus enucleata, obscurè ab alijs tradita; variantibus quoq; inter illos sententijs. Ipsa me difficultas ad studium inuitauit, perlectisq; ferè omnibus qui de his egerunt, statui in vsum ipse meum, quicquid ad eorum notitiam præcipuè spectat, in vnius Tractatus angustias cogere. Hoc peracto; qui sequutus est Annus, in legēdis Hebræorum Commentarijs mihi insumptus est. Sed dispar in ea lectione Christianorum ac Hebræorum est ratio. Hebræi multa exercitatione ac vsu, non Regulis, nō Grammatica ad illam cognitionem perueniunt. Nobis auxilia illa desunt, coactiq; ad longius studium cum salebrosa plurima experimur: tum maximè Abbreuiationum ratione hæremus (quas illi, ראשי התיבות Idest, *Capita dictionū*, appellāt) In his naufragium sæpe facit deprehensa lectionis industria, nec facilè expedit, quid sibi litteræ illæ velint in vnam coagmentatæ dictionem, duobusq; supernè apiculis insignitæ. Non dissimulabo sæpe me totas horas in illis hæsisse, si in promptu non esset à quo docerer. Nec ignarus itaq; mali, non exigua Hebræorum voluminum lectione quæsiui Abbreuiationes atq; collegi. Opusculum itaque de Abbreuiaturis Hebraicis ad priuatam meam vtilitatem concinnaui, in quo illas Hebraica, Latinaque interpretatione explicui.

Sed & exercitatione ad has disciplinas perutili, cum amarem Latina opera in Hebraicam linguam conuertere, rursusq; Hebraica, latinitate donare; succurrit animo Doctrinam Christianam illo sermone cōscribere. Verborum in ea lingua penuria negotium id molienti facessebat. Tamē conatum non omisi, maluiq; spe Diuini auxilij niti, quàm meæ imbecillitati diffidere. Orationes præterea aliquot, Hymnos, & Cantica eodem idiomate ex Latino mutaui: Vicissimq; Libellū R. Salomonis F. Gabirol qui inscribitur כתר מלכות Idest, *Diadema Regni*, Ex Hebræo, in Latinū trāstuli.

Si quemadmodū ego sentiebā, ita mihi facere licuisset, apud me latuissent qualiacunq; hæc opera; quæ mihi conscripseram, me ipso iudice luce non digna. Quid enim vix in ea lingua discipulus, vellē audiri atq; docere? Sed alius sensus fuit quorundam amicorum,

quorum ingenijs atq; iudicijs multum credere, beneuolentiæ autē negare nil debui. Hi cum hæc vtilia fore diſcentibus ſæpe repeterent, cum in publicū emitti tantum non imperarent, non meo, ſed illorū arbitrio facere cōſtitui; Et quidē repetito ſtudio, hoc quicquid eſt ſeriò ad limam exegi, Libelloq; nomen indidi, תפוחי זהב Ideſt, POMA AVREA. Ex illo Salomonis Prouerbiorum 25. ℣. 11 תפוחי זהב במשכיות כסף דבר דבור על אופניו Hoc eſt, *Poma aurea cū figuris, ſeu picturis, vel retiaculis argēteis* (*eſt*) *verbum dictū cum modis ſuis*. Tria Poma in Tria Opuſcula diſtribui. De ACCENTIBVS Primum eſt: De ABBREVIATVRIS, Alterum. In Tertio, DOCTRINAM CHRISTIANAM, Et ex Sacris Rebus varia in Hebræum ex Latino translata congeſſi. Sequitur velut Appendix Libellus ille R. Salomonis ſup. memoratus, à me ſuperioribus annis ex Hebræo latinè deſcriptus.

Accentus, qui ab Hebræis טעמים appellantur, multæ vtilitatis eſſe cognoſcet quiſquis ſe ad Diuinæ Scripturæ notitiam non tralatitio labore accinxerit. De ijs facili methodo diſſerui, omnibus in ſua Capita Parteſq; digeſtis. Primum quid ſit Accentus, Quam deinde multiplices; Quanti ſint, Quibus figuris atq; nominibus: Etiam quid ſignificent, ac quem locum ſibi vendicent in Orationis partibus diligenter explicui. Nec denique de *Makaph*, & *Gangbia*, & Accentu Muſico omiſi dicere, ſine quorum notitia exacta Linguæ Hebraicæ cognitio, quæri non poteſt.

Abbreuiaturas porrò Hebraicas (quas quiſquis ignorat neceſſe eſt in Hebreorum Commentarijs ſæpe caliget) quotquot in varijs eorum libris offendi, ſtrictim liquidòq; expoſui; Alphabetico etiam ordine relatas in Claſſes, & Latina interpretatione adiuncta. Sunt autem Abbreuiationes Hebraicæ, certæ litteræ in vocis formam iunctæ, & duobus Apicibus ſupernè notatæ, quarum ſingulæ ſingulas dictiones aliàs connotant, vt v. g. ארש״בן Sig. אמר רבי שמואל בן נחמני Ideſt *Dicit Rabi Samuel filius Nahmani*. Similiter הרמ״ע Sig. הרב רבי מאיר עראמה Ideſt *Inſignis R. Meir Arama*. Sic etiam יש״ Sig. יעויין שם *Videatur ibi*. Et

aliæ

aliæ quamplurimæ, de quibus in hoc Tractatu copiosè egi, vt legenti patebit.

Doctrina denique Christiana, quæque cum ea iunxi, Cantica, Orationes, Hymni, & ille Libellus, cui *Diadema Regni*, est Titulus, vim Hebraicarum phrasium huius linguæ studiosis modorumq; loquendi aperient.

Si hæc tibi placebunt (Beneuole Lector) non agendæ gratIæ mihi; sed primum Optimo illi Parenti, qui liguas condidit, qui ora, qui mentes; Tum etiam & amicis his meis, quorum impulsu his lucubrationibus publicum dedi. Sin verò repræhendes hunc conatum tanquam inutilem, fructusq; damnabis velut acerbos; multa sunt quæ mihi veniam apud te concilient. Primum ætas, adhuc talis, vt excusatione facili possit errare; Deinde horum ipsorum amicorum iudicium, quos in hac re sequutus sum; Animus deniq; vtilia tibi præstandi, quem ad vltimum vitæ, gloriæ Dei, Tuisq; commodis volo seruire. Vale lector beneuole, & si tanti est, fruere.



הקדמת המחבר

לא נעלם ממני קורא משכיל : קוצר שכלי ומעט הבנתי בכל דבר חכמה ומדע : ולא לאיש כמוני להתפאר כחבור ספרים ובפרט בלשון הקדש אשר מי זה ואיזהו אשר ימלאנו לבו לעשות כדבר הזה זולתי העזר האלהי: לכן ידיד נפשי אל תשת עלי עון אשר חטא אם יצאתי ממחיצתי : כי מנעורי גדלתי בין ברכי החכמים ואוהב ארח החכמה ולומדיה ויודעיה : שנאתי קהל מרעים ותענוגות בני אדם : אשר על זה בחרתי לשבת על פנת גג ולא לפנות אל רהבים ושטי כזב : האלהים הרועה אותי שלח מלאכו לפני ותפקחנה עיני ואטעם בקצה המטה אל יערת דבש החכמות הלציות הגיוניות טבעיות אלהיות ותראנה עיני : וארא ואתן אל לבי היות יסוד היסודות הלשון הקדש אשר בו נברא העולם : ובו דברו האבות הקדושים : ובו עתידין לדבר הנשמות בעולם הבא כאשר כתבו החכמים בספריהם : גם ראיתי התועלת המושג אצל כל יודעו : להבנת ספרי הקדש : אשר על זה נתתי את לבי לדרוש : ולתור בחכמה ובדקדוק לשון זה כאשר השיגה ידי הקצרה : דפקתי על פתחי החכמים היודעים בחכמה זו ולא אצלתי ממני כל עמל וטורח : יגעתי באנחתי יומם ולילה : עד אשר זכני יהוה לדעת להבין ולהשכיל : לא בלבד הלשון הקדש אשר בו נתן יהוה את תורתו ונביאיו הקדושים : כי גם נתתי לבי לראות ספרי היהודים אשר כתבו רבותיהם בלשונם חציו עברית וחציו ארמית או כשדית : ושאר לשונות מלשונות הגוים אשר גלו היהודים בתוכם : ותדד שנתי מעיני למצא דרך ישכון אור ההתחלות הראויות להקדים בידיעת ספרים אלו כמשפט לנכנס בכל חכמה או למוד : ולא ראיתי בכל דברי חכמי הנצרים אשר קדמוני: וגם בספרי היהודים אשר באו לידי לא מצאתי קורת רוח בהם : ובפרט בטעמים אשר כתבו בספריהם אשר הם ללשון זה כנשמות לגופים : וכן למלות קצרות עד היום לא כתבו המחברים בהם רק מעט מזער : באופן כי כל הבא לקרות בספרים אלו יהיה בעיניו כדברי ספר החתום כי גם היודע יאמר לא ידעתי מה הוא : להיות שלפעמים יאמרו שתים ושלש ולפעמים ארבע וחמש תיבות במלה אחת : כי יקחו האות הראשונה של התיבה אשר ירצו לכתוב: ועל ידי אותו האות יבינו התיבה: ומי שלא יהיה בקי בדבר הזה ולא למדה ממלמד לא יבין דבר לאמתו : אי לזאת

העיר

העיר יהוה את לבבי להעלות על ספר כל המלות קצרות אשר
מצאתי בספרי הלאטיני אשר קדמוני איש על דגלו באלפא ביתא
והוספתי עליהם רבים כהנה וכהנה אשר לא ראום המחברים
שלפני ואני חפשתי אחריהם בספרי היהודים עד מקום אשר
השיגה ידי הקצרה וכן בטעמים כתבתי דרך כלל ופרט בהם כיד
יהוה הטובה עלי והארכתי במקום שראוי להאריך : וקצרתי
במקום שראוי לקצר : והנה קראתי בשם הספר הזה תפוחי זהב :
כי ביהוה בטחתי יהיה כתפוח אצל כל קורא בו : אשר פריו נחמד
למראה וטוב למאכל : ועוד כי ימצא הקורא בו שלשה חלקים
כאשר ימצא בתפוח שומר הפרי והאוכל והזרע : כן חלקתי ספר
זה לג׳ חלקים : החלק הא׳ הוא חלק הטעמים אשר הוא שומר
דרכי לשון הקדש אשר לא תוזק הבנתו : וחלק האוכל הוא חלק
ב׳ אשר בו פרשתי כל המלות קצרות כאמור אשר בלעדו לא
יטעם אוכל כל קורא בספרי היהודים : וחלק ג׳ הוא הזרע אשר
נטעתי בסוף הספר הזה הנה תפלות ובקשות אשר הם ללאטיני :
ותרגמתי אותם בלשון קדש : וכן עשיתי אל שרשי אמונתנו
הנקראת אצלינו דוטרינה קריסטיאנה : וכן העתקתי מלשון קדש
אל לשון לאטינו בקשה אחת נמצאת ליהודים משנים קדמוניות
אשר חברה חכם ומשורר גדול שמו רבי שלמה ן׳ גבירול ולגודל
מעלתה נקראת כתר מלכות: אשר כל קורא יטעם בה מתק הדבור:
וידע וישכיל מעלת תהלת הדרת הלצת לשון הקדש אשר לא
יערכנו זהב וזכוכית ולא תסולה בכתם אופיר : קח נא את ברכתי
אשר הובאת לך ונתת מהודך עליו : ותחי נפשי כי תהללנו.



FR. IA. BONAVENTVRAE HEPBVRNI
Scoti, Theologi, ac Linguarum Professoris Minimi,
Hebraicè, In Aurea Poma.

היטיב נקרא ספר זהב
מישיב לנו מלכות זהב
ספר הזה גזעו זהב
ליחו זהב טעמו זהב
עלה זהב צלו זהב
צבעו זהב פריו זהב
משרתו גם ריחו זהב
נצתו היא כולה זהב
שדהו עם הודו זהב
ומקום זהב וסעיף זהב
שבטו עם זורעו זהב
עץ נכון . תפוחי זהב

בשמו עץ תפוחי זהב
שבתאי זקן כולו זהב
עקרו זהב שורשו זהב
ופצלותיו גם הן זהב
מוחו זהב זיזו זהב
ציצו עם תפוחו זהב
ולשדו עם אגלו זהב
מעשה זהב ספר זהב
ארצו זהב יערו זהב
ומקור זהב מטה זהב
על כן נקרא ספר זהב
משיב לנו מלכות זהב.

Latina explicatio.

Aureus iste Liber, meritò cluet AVREA POMA;
Saturni reuocans aurea Regna senis.
Aureus est truncus; stirps aureus; aurea radix;
Aureus est viror; aureus estq; sapor.
Aureus est cortex; frons aurea, & vmbra, medulla;
Aureus est splendor; aureus estq; color.
Aureus est fructus; flos aureus; aurea mala;
Aureus est liquor; aureus eius odor.
Aureus & succus; ros aureus; aurea gemma;
Aureus est labor; aureus ergo liber.
Aureus & campus; mons aureus; aurea tellus;
Aureus est lucus; aureus estq; locus.
Aureus & ramus; fons aureus; aurea virga;
Aureus est stipes; aureus atque sator.
Aureus ergo liber meritò cluet aurea poma:
Saturni referens aurea sacla senis.

*** *Eiusdem*

Eiusdem Authoris, de Opere, ad Lectores.

אחים   וגם רעים   בחורים   זקנים
רומים   ספרדים   צרפתים   יונים
האש   כנזים אנג   ליס סקוטים   ועברים
הע   וריב ויהו   דים הגרים   וקדרים
כל ה   משיחים ה   תוגרמים   ערבים
הנו   צרים כושים   כל־גוים   אהובים
בואו   לכו קרבו   נא וקנו   וקראו
זה ם   עשה הג   דול: גילו   ושירו
שירה   לדונאטו   החכם   מחבר
הנ   אמן שבחו   אדיר ם   לדבר.

Eiusdem, Chaldaicè.

טובך   בעלמא   הדין   דונאטי
ושלט   וטב לך   לעלמא   דאתי
ניכול   אנחנא   ית לעות   אידיך
ניכול   אנחנא   אנכיה   אילנך
טובך   ארום ם   רא רב   סעדך
טובך   ארום ם   דא רב   ינטרינך
מתי   גרת די   כללי   שניא
מביש   ומכו   לן מל   שיניא.

Eiusdem, Hebraicè, ad Lectorem.

כל בחור שירצה לדעת את לשון הקדש:
יקנה ספר הזה פתאם לפני קצה החודש:

Græcè.

Εἰ δ᾽ ἐθέλεις ἱερὴν, γλῶτταν παῖ αὐτοδιδάκτως
Μανθάνεμεν, βίβλον τὴν ἀγόραζε ταχύ.

Scire cupis sacræ, Iuuenis, mysteria linguæ;
Aurea DONATI, mox eme Poma tibi.

Εἰ δ᾽ ἐθέλεις ἱερῆς μαθεῖν μυστήρια ΓΛΩΤΤΗΣ,
Χρύσεα ΔΩΝΑΤΟΥ μῆλα κάθελε παῖ.

Eiusdem

Eiusdem.

סורו לרחוק סורו כל מלשינים
סורו לרחוק שדים עם הרשעים
סורו לרחוק סורו כל רע ורעים
שטן ופגע רע איש לשון ולצים :

Chaldaicè.

זורו רחקזו רו כל מלשינין
וממ יקינזו רועם רשיעין
זורו רחקזו רורו חין בישין
לילין ושדין עם כל מזיקין ·

Eiusdem, Syrè.

ܦܘܩܘ ܕܝܢ ܐܘ ܡܠܫܢ̈ܐ ܘܡܪ̈ܫܥܐ
ܗܘ ܦܢܘ ܕܐܫܬܝܢ ܕܡܠܟ ܕܠܐ ܛܠܐ
ܕܫܐܕܝܢ ܫܐܕܐ ܕܫܐܠ ܕܐܠܗܐ
ܡܢ ܗܘ ܕܡܠܘ ܟܢ ܡܐܐ ܦܐܬܐ
ܕܫܐܕܝܢ ܕܫܐܐ ܕܚܝܡܝܢ ܡܠܫܢܐ
ܫܐܐ ܘܐܬܦܫܝ ܡܠܫܢܐ ܠܫܐܐ

Eiusdem, Arabicè.

جرحات السنان
لها تيام
ولا يلتام
ما جرحت لسان

Eiusdem, Græcè.

ΖΩΙΛΕ, ΜΩΜΕ, ΘΕΩΝ ἑκὰς ὢ ἑκάς ἐστε βέβυλοι
Γλωσσώδαι πάντες ΖΩΙΛΕ, ΜΩΜΕ ΘΕΩΝ.
ZOILE, MOME, THEON procul, ò procul este prophani
Linguosi cuncti, ZOILE, MOME, THEON.

Fabiani Fioghij, Hebraicæ Linguæ Professoris, Carmen, De Opere.

תקחו ספר מורה קטן כי הוא יורה
דרך אל חי בורא עולם בתמימותו
שמעו נא תלמידים בנים ומלומדים
ספר הלמודים העתיק עב בינתו
חכם אח פרנציסקו שהאל הפליאו
על כן הוא הביאו לכם נתן אותו
אך הוא מצא אורח אל לְמוד משיח
לבין עם כל שבח בלשון קודש דתו
עם תפוחי זהב מבין יאמר הב הב
כן הוא כל כך אהב כל איש שומר אותו
פירש עם חכמתו כל טעם צורתו
איכותו מהותו מחדרי משכיתו
גם כן ראשי תיבות עם פשר נצבות
אל תלמיד חשובות הרבה על חכמתו
דרשו ספר נהדר אין בו קוץ או דרדר
אור בהיר לא יקדר תקחו נא מנחתו
כי הוא נותן לכם הטו את בינתכם
חפץ לבב בכם אם תרצו אמרתו
כל שירצה ללמוד ישע נפשו יחמוד
בלתי סרה יעמוד׃ יקרא עד תכליתו.



D. Isaac Sciadrensis Maronitæ è Monte Libano, Sacræ Theologiæ Doct. Carmina Syriaca in laudem Operis.

ܡܫܘܒܚܐ ܕܒܟܝܢܐ ܐܬܡܫܚ ܡܠܦܢܐ
ܥܒܪܝܐ ܡܬܪܓܡܢܐ ܪܒܐ ܡܫܘܕܥܐ
ܡܢ ܬܠܡܝܕܐ ܕܟܠܝܐ ܗܘܐ ܘܕܡܢܪܐ :

ܣܪܗ ܠܟܬܒܝܢ ܐܒܐ ܡܫܒܪܐ ܡܠܐ ܣܘܟܠܐ
ܘܡܦܪܫܢ ܠܟ ܡܢ ܟܪܣܐ ܐܦܣܩܘܬܐ
ܒܫܟܠܘܬܗ ܗܘܢ ܐܠܐ ܘܦܪܐ ܐܦ ܐܠܐ ܒܟܠ
ܘܪܚܡܝܢ ܟܬܒܐ ܕܡܠܦܢܘܬܗ ܪܐ ܡܢܗܠܐ
ܠܐܠܗܐ ܐܦܣܩ ܟܬܒܗ ܘܣܪܗ ܕܡܠܦܢܐ
ܕܟܬܒܘܬܗܘܢ ܢܟܬܘܒ ܟܠ ܠܟܬܒܐ
ܟܠܗܝܢ ܕܗܘܐ ܘܕܗܘܐ ܫܡܐ ܟܗ ܘܫܬܠܡܘܢ ܕܗܘܐ
ܡܬܠܚܡܐ ܠܟ ܚܫܒܘܢܗܘܢ ܦܐܪܐ ܕܗܘܐ .

N. Arabicæ linguæ Professoris de Opere.

سلام كما انشقت كمايم روضة عن الزهر امدية العالم اباالكرم
اتانى منه بعدما كنت راجيا كتاب كمثل البر قد اعقب السقم
كروض الربا الممطور مراى نفحة وما الفضل الا الذى نمم القلم
انيسى اذاقل الانيس و نظرى وسمعى ومصباحى اذا جنت الظلم
وللاب فرنجيسك دنات ان حقوقه على بما اولاك اوجب ملتزم
فكل امرى اسدى اليك صنيعة فمنى له شكر وعندى له نعم

Io. Matthæi Caryophili, Sacræ Theol. Profe .

De opere, & Authore.

Χρυσὸν ἀπ' αἰγύπτοιο φυγάς ποτε φόρτον ἑβραῖος
ἤρατο νῦν δ' ἴσοις ταὐτὸ πέπονθε μέτροις
Μούσης ἑβραΐδος κῆπον Δωνάτος ἀμύμων
συχήσης, ἄμμιν χρύσεα μῆλα νέμει.
Δυσκλέες ἀβραμίδαι, μόνον ὔμμιν λείπετο γράμμα,
νῦν δ' ἄρα Δωνάτος καὶ τόδε νοσφίσατο.

Hieronymi Aleandri Iunioris, I. V. D.

Ad Authorem.

NOn hæc Hesperio rutilabant POMA *sub axe,*
Quæ magno Alcides parta labore tulit.
Non hæc pernicis cursum tenuere puellæ,
Non inter litem conseruere deas.
Hæc siquidem Isacidum lecta ex felicibus hortis,
Fabellas vincunt, Græcia vana, tuas.
Nec sic astrorum micat aurum, qualia fulgent
DONATE in libris AVREA POMA tuis.



INDEX EORVM QVAE IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

In Opuſculo primo, quod eſt, De Accentibus, agitur.

In Opuſculo Secundo, quod eſt, De Abbreuiaturis Hebraicis, nihil accidit hic notare; omnes enim Alphabetico ordine collocatæ ſunt.

In Opuſculo Tertio continentur.

Ora-

Sit *gloria* Domini *in* Seculum.



F. FRANCISCI DONATI
ORDINIS PRAEDICATORVM.
Opuſculum Primum
DE ACCENTIBVS HEBRAICIS
IN DVAS PARTES DISTRIBVTVM.

Pars Prima.

DE ACCENTVVM NATVRA.
CAP. I.
Quid ſit accentus & quotuplex.



CCENTVS *Eſt nota, qua dictiones rectè profe-runtur, & ſententiæ diſtinguuntur*. Diuiditur accentus prima ſui diuiſione in Grammaticum, quem Hebręi טַעַם i. *guſtum* vocant: Rhetoricum, quem מֶתֶג i. *retinaculum* appellant: & Muſicum, qui נְגִינָה i. *harmonia* nuncupatur.

Accentus Grammaticus eſt, *quo dictio ſimplici voce pronunciatur*; vel, *qui dependet ex artis præceptis, ſiue ab auctore linguæ.* Et hic in cuiuſlibet vocis prolatione requiritur, ad hoc, vt vox eminentius reſonet: attollit enim ſyllabã ſicut accentus acutus apud Græcos, & diſtinguit orationem eodem modo, quo apud Latinos puncta, & virgulæ.

Accentus Rhetoricus eſt, *quo ornatè dictio pronunciatur.* Et hic vel retinet ſyllabam, vel cum alia, ornatus gratia coniungit, & orationem vel diſtinguit, vel continuat.

Accentus Muſicus eſt *harmonia, & modulatio quædam, qua dictiones proferuntur, & qui denotat tonum, quo cani debet talis, vel talis ſyllaba.* Aduerte autem breuiter, quod accentus

Grammatici non habent figuram aliquam propriam in Biblijs, vel ſignum, ſed loco eorum ſucceſſerunt accentus Muſici. Quando itaque quamcumque dictionis ſyllabam tropo Muſico ſignatam videbis, ſcias ibi locum habere accentum Grammaticum.

Secundo, Accentus diuiditur in מְלָכִים ideſt *Reges*, & מְשָׁרְתִים ideſt *Miniſtrantes*, ſeu *Miniſtros*.

מְלָכִים Reges (qui à Latinis diuidētes, ſeu diſtinguentes vocantur) habent pro officio, præter muſicen, & eleuationis vocis cognitionem, tanquam cola, commata, & virgulæ, perfecti, & imperfecti ſenſus, orationis etiam notitiam, et illuſtrationem afferre. Non tamen in diſtinguendo æqualem omnes habent poteſtatem, quandoquidem, ſeptem tantum exceptis, reliqui dignitatem potius, et grauitatem contextui orationis afferre videntur, (vt eſt apud Latinos virgula) quam diſtinguere. Vnde maxima cum conſideratione, grauitate, et iudicio neceſſe eſt vt contextum accentibus regijs abundanter inſignitum et illuſtratum, legas: ſolet enim in Sacra Scriptura reuerentiæ, et honoris gratia, huiuſmodi regum accentuum frequens, & veluti redundans expreſſio fieri, quando aliquid magni momenti, & conſideratione dignum occurrit, vt patet in Decalogo, & Nahum c. 1. v. 7. & paſſim aliunde apertè liquet: ſolent enim graues, magniq. ponderis ſententiæ, vt plurimum frequenti accentuum regiorum expreſſione honorari.

מְשָׁרְתִים *Miniſtri*, ſeu *deſeruientes*, ſic appellantur, qui (quod præcedant tāquam adiuncti miniſtri, reges, ſeu diſtinguentes accentus, nomen famuli ſortiti ſunt) cōtinuantes orationē, ſyllabā dictionis, quā occupant protrahendam, & celeritate quadam, ſeruato pronunciationis decore, proferendam indicant,

do-

donec ad accentum regium,qui diſtinguēdi vim habet ventũ fuerit. Quare ſcitè quidem,& accōmodatè Grammatici illos ſæpenumero appellant סְמוּכִים i. *adiunctos*, & מַמְשִׁכִים i. *protrahentes*. Ad Muſicam etiam faciunt iſti,vt diſtinguentes. Eſt vero vtriuſq;ordinis accentuum,quantum à Grammaticis cō‑ſiderãtur,ſemper attollere, vel penultimam, vel vltimam ſyllabam, in qua ponuntur, & locum habent. Nunquam enim accentus Grammaticus,hoc eſt legitimus,ſiue natiuus,locum habet apud Hebræos,& Chaldæos in antepenultima.

Tertio diuiditur accentus in מִלְּרַע & מִלְּעֵיל.

מִלְּרַע dicitur quando dictio aliqua habet accentum in vltima ſyllaba,quaſi dicat, infra in vltima,ſiue ſcribatur accentus ſupra litteram, ſiue infra.

מִלְּעֵיל dicitur quando dictio habet accentum in penultima,quaſi dicat,de ſupra.

Huiuſmodi accentuum ſitus vocantur ab Hebræis Chaldaico idiomate,his duabus vocibus iam explicatis. Et ex his duobus omnis dictio vnum habere debet,vel in vltima, vel in penultima: illæ enim qui hoc modo eſt naturalis dictioni dicitur Grammaticus,qui maximè attendendus eſt propter ſceuà,& pronunciationem rectam. Si vero in vnica dictione duo accentus fuerint,ille qui eſt vltimus erit naturalis,& Grãmaticus,& qui præcedit eũ erit Rhetoricus, ſiue Muſicus, retinens ſyllabæ pronunciationem, & facit ne kamets ſimplex ſit per o pronunciandũ,vt in his dictionibus שָׁמְרוּ, פָּקְדָה,&c.

Notandũ obiter eſt propter aliquos accẽtus diſtinguentes, ſiue reges, quorum figuras infra ſequenti cap.videbis,motionũm paruarum in magnas contra rationem Grãmatices plurimum fieri mutationes; ſcilicet - in ָ , ∴ in ¨ & ָ , ⁚ in וּ , ָ: in וֹ , & ſceuà genuini dictionis in ∴ Nã ſceuà per accidẽs

positum illud enim variandi dictionis gratia aliquid pro nota aliqua uocalis substitui solet, in accentu distinguente reuertitur in motionem ipsam, cuius uicem gerebat, quæ si fuerit breuis, conuertetur in longam, quæ omnia ex lectione contextus facile obseruare poteris. Obseruandumq. est quod ipsi accentus distinguentes plerũque retrahuntur ab ultima syllaba in penultimã, & incerta est regula huius retractionis.

CAP. II.

De numero, nominibus, & figuris accentuum.

ACcentus מְלָכִים i. *Reges*, uiginti numero sunt, quorum

Primus est אַתְנָח siue אַתְנַחְתָּא cuius figura est א֑

II. est סוֹף פָּסוּק siue סִלִּיק alias סלוק cuius fig. est אֽ

III. est פָּשֵׁט, vel פַּשְׁטָא eiusq. figura est א֙

IV. est זָקֵף קָטֹן & eius figura est א֔

V. est זָקֵף גָּדוֹל eiusque figura est א֕

VI. est רְבִיעַ eiusq; figura est א֗

VII. est תְּבִיר alias טֶרֶס & eius figura est א֛

VIII. est אַזְלָא alias גֶּרֶשׁ cuius figura est א֜

IX est שְׁנֵי גְּרִישִׁין alias גְּרָשַׁיִם & eius figura est א֞

X. est תַּלְשָׁה גְּדוֹלָה alias תְּלִישָׁה cuius figura est א֠

XI est קַרְנֵי פָּרָה & est huiusmodi א֟

XII est זַרְקָא eiusque figura est א֮

XIII est סְגוּלָה alias סְגוֹל & סְגוֹלְתָא figura eius est א֒

XIV est פָּזֵר גָּדוֹל cuius figura est א֡

XV est פָּזֵר קָטֹן eiusque figura est א֡

XVI est מַרְחָא alias טִפְחָא eiusque figura est א֖

XVII est שַׁלְשֶׁלֶת cuius figura est א֓

XVIII est פְּסִיק eiusque figura est א׀

XIX est יְתִיב alias שׁוֹפָר מְהֻפָּךְ cuius fig. est א֚

XX est לְגַרְמֵיהּ cuius figura est א׀

Accen-

Accentus מְשָׁרְתִים ideſt miniſtrantes ſunt duodecim num.
Primus uocatur מוּנַח alias שׁוֹפָר יָשָׁר cuius fig. eſt אֽ
II uocatur עִלּוּי cuius figura eſt אֽ
III uocatur מְכַרְבֵל eiusq. figura eſt אֽ
IV uocatur מַהְפָּךְ alias שׁוֹפָר הָפוּךְ cuius figura eſt אֽ
V uocatur מַאֲיְלָא & eius figura eſt אֽ
VI uocatur קַדְמָא eiusque figura eſt אֽ
VII uocatur דַרְגָא alias שׁוֹפָר גַלְגַל cuius figura eſt אֽ
IIX uocatur מֵירְכָא פְשׁוּטָה eiusq. figura eſt אֽ
IX uocatur מֵירְכָא כְפוּלָה al: תְּרֵין חוּטְרִין cuius fig:eſt אֽ
X uocatur תַרְסָא alias תְּלִישָׁה קְטַנָּה cuius figura eſt אֽ
XI uocatur מַחְפָּא & eius figura eſt אֽ
XII uocatur יֶרַח בֶּן־יוֹמוֹ eiusque figura eſt אֽ

Hi ſunt omnes accentus, qui in ſacris libris reperiuntur, quorum ſignificationem,& locum in ſequenti capite cognoſces.

CAP. III.

De ſignificatione,& loco omnium accentuum

POſt accentuum figuras,& nomina,conſequenter explicãdum eſt,quidnam illi accentus ex nominum ſignificatione præſeferant,& quonam in loco,vel ſupra literam,vel ante, vel poſt,vel ſub litera ponantur. Et primo quidem dicemus de Regibus,deinde de Miniſtris, ſua quibuſque exempla addendo ex ſacris Biblijs excerpta.

§. 1. De אַתְנָח

Primus accentus Regius vocatur אַתְנָח, qui etiam dicitur אַתְנַחְתָּא, i. reſpiratio,vel quies.Iſte accentus ponitur ſub vltima, & penultima ſyllaba, vt in Pſalm. 1. עָמָד i. ſtetit, & Cant. 5. אֲפִיקֵי מָיִם i. riui aquarum. Et aduerte breuiter,quod nunquam veniunt duo Athnactà in vno verſu, & pro Mini-

ſtro

ſtro habet accentum עִלּוּי, exceptis vndecim locis, vbi ſeruit Meaielà. Tunc autem Athnactà ponitur in ſecunda verſus dictione, vn in Gen. c. 8. וַיֵּצֵא נֹחַ, i. *& egreſſus eſt Noe.*

§. II. De סוֹף פָּסוּק

Secundus accentus Regius vocatur סוֹף פָּסוּק, i. *finis verſus*, qui & alio nomine סִלּוּק vel סְלִיק i. *finis*, vel *terminus*, eo quod in fine verſus, ſiue vltima eius dictione adhibeatur, & ſemper ſtat infra ſyllabam, cuius miniſter eſt Merchà, vt Geneſis 1. אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ i. cælum & terram. Signantur autem ſemper poſt hunc accentum duo puncta craſſiora ſubalternatim poſita, quæ ſigna ſunt finis ſententiæ, vt Pſal. 1. לֹא יָשָׁב׃ i. non ſedit. In quinque etiam locis ponitur in eadem dictione, in qua eſt Soph paſuc, virgula Meaielà, vt ver. gratia. Leuit. c. 21. 4. לְהֵחַלּוֹ ad polluendum ſe.

§. III. De פַּשְׁטָ

Tertius accentus Regius vocatur פַּשְׁטָ ſiue פַּשְׁטָא i. *extenſio*, ſic dictus, eo quod extenſa, protracta, & æquabili voce canatur. Et iſte accentus ponitur ſupra litteram, vt Pſalm. 4. עַד מֶה i. vſquequo? Iſte habet ſex miniſtros, quorum præcipui ſunt Mahpah, & Merchà: quando enim præcedit ſyllaba una, aut plures, præcedit Mahpach, ut מַזְרִיעַ זֶרַע i. *ſeminificantem ſemen*; ſin autem nulla ſyllaba interſit, eſt Mercha, ut Iſaiæ c. 1. יָדַע שׁוֹר קֹנֵהוּ cognouit bos poſſeſſorem ſuum. De reliquis miniſtris hanc regulam ſerua. Quando uenit miniſter ante Thalſcià, is erit Munach; poſt uero ſequitur Kadmà, & poſt hunc Mahpach, uel Merchà; & poſt hunc, Paſctà; poſt Paſctà uero ſequitur plerumque Zakeph katon, interdũ Reuiang. Veniunt etiam interdum ſuper una dictione duo Paſctà, quando ſcilicet exigit accentum Milhel, & tunc alterum Paſctà ſcribitur in fine, ut כֶּסֶף, &c.

§. IV. De זָקֵף קָטוֹן

Quartus accentus Regius vocatur זָקֵף קָטוֹן i. *erector paruus*, uel *minor*, sic dictus, eo quod minus elatæ sit uocis. Et iste accentus ponitur supra dictionem, ut Psalm. 5. Intende uoci שַׁוְעִ֔י clamoris mei. Huic peculiariter ministrat Munach. Et nonnunquam à principio uersus scribitur sine ministro, similiter post Pascta, uenitq. absque ministro. Aliquando duo Zacheph inueniuntur in duabus dictionibus, sese consequentibus, sed sæpius inter ea intercedit Munach. Inuenitur etiã in quibusdam dictionibus trisyllabis cum uirgula super primam erecta, ut הַבָּשָׂר. Idem iudicium est de dictione per Macaph adhærente, ut אַבְנֵי־שֹׁהַם. Sunt quidam qui hanc uirgulam uocant מֻגָּה dicentes poni eam loco מֶתֶג freni, seu retinaculi, sicut & Munach, aliquando uenit loco retinaculi, ut הָאֲנָשִׁים homines.

§. V. De זָקֵף גָּדוֹל

Quintus accentus Regius est זָקֵף גָּדוֹל i. *erector magnus*, sic uocatus, eo quod elatæ uocis sit in canendo, & tandem faciat duos saltus acutos, ut Hebræi loquuntur. Hic est ille accentus, qui maximam tulit opem R. Salomoni Iarchij in intelligendo uerba illius pasuc, in 1. c. Exechiel. וּפְנֵיהֶם i. & facies eorũ; super quẽ locum ita ipse scribit: אילמלא שראיתי טעם זקף גדול נקוד על ופניהם לא הייתי יודע לפרשו אבל הניקוד למדני להבדילם זו מזו ולהעמיד תיבה ופניהם בפני עצמה: idest, *Nisi vidissem accentum Zakeph gadol punctatum super vocem* וּפְנֵיהֶם, *nesciuissem exponere eam, sed accentus iste docuit me secernendam esse istam vocem, a sequente, &c.*

Iste accentus ponitur semper supra syllabam, & comprehenditur sub Zakeph katon, nec ullum unquam habet ministrum, qui cum sit per se regis honore indignus, ob fratris

gratiam in regum numerum aſcitus eſt. Et hic accentus hoc notabile habet, quod ſemper poſt ipſum venit Tiphchà, interpoſito tamen nonnunquam Zakeph Katon: Inuenitur & aliquando poſt ipſum Iethib; item Thebir quandoque locatur inter ipſum et Tiphkà; Sequitur et in quibuſdam locis Zakeph gadol, poſt aliud Zacheph gadol Exẽpla ſint in Cant.c. 3. בִּקַּשְׁתִּי אֵת שֶׁאָהֲבָה נַפְשִׁי. *Quæſiui quem dilexit anima mea*: Et paulo poſt: אֲבַקְשָׁה אֵת שֶׁאָהֲבָה נַפְשִׁי i. *Quæram, quem dilexit anima mea:* Et Exodi 21. חַבּוּרָה תַּחַת חַבּוּרָה, ideſt *liuorem pro liuore.* Et multa alia loca, quæ paſſim in Scriptura inuenies.

§. VI. De רְבִיעַ

Sextus accentus Regius vocatur רְבִיעַ ideſt *Quadrum*, vel incubans, ſic dictus, eo quod punctum quadratum ſit: Et hic accentus locum habet ſupra literam, idque in medio, non ad latus ſicut holem, habetque duos miniſtros, qui ſunt Munach, et Dargà, aliquando ſeparatim, et interdum coniunctim; Exemplum habes in primo Pſalmo אַשְׁרֵי הָאִישׁ ideſt *beatus vir*; Et Hoſeæ 1: אֲשֶׁר הָיָה *quod fuit*: Venit etiam quinque vicibus Munach in eadem cum Reuiah dictione, vt תְּעַצְּבוּ, interdum à principio verſus fine miniſtro.

§. VII. De תְּבִיר

Septimus Rex eſt תְּבִיר ideſt *frangens*, vel *fractura*, ſic dictus eo quod voce fracta et inæquali cantetur; hic ſub dictione ponitur: Exemplum habes in Numeris c. 29. חֲמִשִּׁים אֶלֶף id eſt *quinquaginta millia*; et hic rex exigit ante ſe miniſtrum Dargà, ſi duæ voces interſint; ſin autem vna dumtaxat mediet vox, præcedit Merka, vt וַיָּלֶן הָעָם ideſt *& pernoctauit populus*, et וַיָּבֹא מֹשֶׁה *& venit Moſes.* Excipiuntur tamen quædam

dam loca. Et quando præcedunt duo miniſtri, primus eſt Munach, & ſecundus Dargà; ſin tres præcedant, primus eſt Thalſcià, ſecundus Kadma, & tertius Dargà. Præcedit etiam aliquando quartus, Munach.

§. VIII. De אַזְלָא

Octauus rex eſt אַזְלָא, i. *profectio, iter, abitio*, qui & alijs nominibus vocatur טֶרֶם & גֵּרֵשׁ i *expulſio*, ſic dictus, eo quod vocem in cantu ſubitò expellat. Hic accentus ponitur ſupra dictionem, habetque tres miniſtros, ſcilicet Kadmà, Thalſcià, & Munach, vt Ge.1. יִקָּווּ הַמַּיִם i. *congregentur aquæ*; & paulo infra: וְיִרְדּוּ בִּדְגַת הַיָּם i. *Et dominentur piſcibus maris*, &c. Si Munach ei proximus ſit, debet eſſe ſub prima vocis ſuę litera, vt Geneſ. 14. אֶת כְּדָר־לָעֹמֶר i. *Chedorlahomer*. Porro quando Kadmà in voce præcedente eſſe non poteſt, occupat eandem dictionem cum Ghereſc, extruſo illic euphonico Metheg, vt וַיֵּלְכוּ *& iuerunt*, Nu. 33.

§. IX. De שְׁנֵי גְרֵישִׁין

Nonus Rex vocatur שְׁנֵי גְרֵישִׁין, vel & גֵּרְשַׁיִם i. *binæ expulſiones*, vel Teraſciaim. Hic accẽtus ponitur ſupra dictionem in vltima ſyllaba, vt Deuter. 27. יַעַמְדוּ לְבָרֵךְ *ſtabunt ad benedicendum*. Miniſtrum hic habet Munach, idq. tunc ſolum quando pręcedit monoſyllaba, aut dictio Milhel. Exemplũ habes Geneſ. 1. עֵץ פְּרִי i. *arbor fructus*: & Gen. 49. שָׁמָּה קָבְרוּ, *ibi ſepeliuerunt, &c.*

§. X. De תְּלִישָׁא גְדוֹלָה

Decimus Rex eſt תְּלִשָׁה vel תְּלִישָׁה גְדוֹלָה i. *euulſio magna*. Hic accẽtus ponitur ſupra dictionem in prima eius ſyllaba, vt Deuter. 29. וְהָיָה כַּאֲשֶׁר i. *& erit quando, &c.* Miniſter huius accẽtus eſt Munach, à bis ad ſexies iteratum, vt Eze. 47. 12. vbi ſic ſcriptũ eſt: וְעַל הַנַּחַל יַעֲלֶה עַל־שְׂפָתוֹ מִזֶּה וּמִזֶּה כָּל־עֵץ־מַאֲכָל

ideſt, *Et iuxta torrentem aſcendet ſuper ripam eius, hinc, & inde, omne lignum cibi* (*comeſtibilis.*) Quidam notant ſe conſequi in hoc loco בֹּא הֵנָּה וְאֶשְׁלָחֲה i. *veni huc, & mittam te,* 2. Sam. 14. ſed illic hodie legitur poſteriori loco Teliſcià Ketanna וְאֶשְׁלְחָה, quod rectius eſt. Præcedit etiam aliquando Pazer, & inueniuntur ſemel duo Theliſcià mox ſeſe conſequentia.

§. XI. De קַרְנֵי פָרָה

Vndecimus Rex vocatur קַרְנֵי פָרָה, ideſt *cornua vaccæ*, Hic nomen habet a figura: quem accentum alij ſic notant אָ, & ſemper ponitur ſupra literam. Habetq. duos miniſtros: vnus eſt Iareach ben iomò; alter vero Munach. Eundē tonū habet, quem Pazer. Vnde Maſſorithæ quandoque vocant illum Pazer gadol; ſexdecim in locis tantum reperitur in Biblijs: idque primo Num. 35. 5. אֶת־פְּאַת־קֵדְמָה אַלְפַּיִם בָּאַמָּה i. *Ad plagam orientalem bis mille cubitis.* Reliqua loca ſunt hęc. Ioſue 19. 51. 2. Sam. 4. 2. 2. Reg. 10. 5. 1. Paralip. 28. 1. 2. Paralip. 24. 5. & 35. 7. Ezræ 6. 9. Nehem. 1. 6. & 5. 13: & 13. 5. & 7. 15. ibid. Eſther 7. 9. Ieremiæ 13. 13. & 38. 25. Ezech. 48. 21.

§. XII. De זַרְקָא

Duodecimus Rex eſt זַרְקָא i. *ſparſor*, ſic dictus à ſparſa, & inflexa voce, iuxta figuram eius. Hic accentus ponitur ſupra dictionem, vt in primo Pſalmo הָלַךְ i. *ambulauit*: Habet hic quatuor miniſtros, ſcilicet Munach, Hillui, Theliſcià, Ketānà, & Kadmà: ſunt tamen hic multæ exceptiones, quando, ſcilicet ante eum veniunt duo Munachim, vel tres miniſtri, aut plures.

§. XIII. De סְגוֹלְתָּא

Tertius decimus Rex vocatur סְגוֹלְתָּא ideſt *botrus*, vel סְגוֹל.

& סְגוֹלְתָּא i. *monile*, vel *proprietas*. Hic accentus ponitur ſupra dictionẽ in vltima ſyllaba, vt Deut. 9. *Et combuſsi eum* בָּאֵשׁ *in igne*: miniſtrum habet Munach, antecedẽte rege Zarkà; vt Gen. 34. וּמִפְּרִי הָעֵץ אֲשֶׁר בְּתוֹךְ הַגָּן *Et de fructu ligni, quod eſt in medio horti*. Aliquando tamen bis ponitur in vna dictione, ſcilicet loco accentus Grammatici, & in vltima ſyllaba, vbi habet ſedem propriam: quod & in alijs quibuſdam accentibus ſolet contingere.

§. xiv. De פָּזֵר גָּדוֹל

Quartus decimus rex vocatur פָּזֵר גָּדוֹל i. *diſperſor magnus*, ſic dictus, eo quod vocem diſpergat, & diſſipet, vel dicitur ſimpliciter פָּזֵר. Hic ponitur ſupra dictionẽ, habetque miniſtrum poſt ſe Munach, vt Pſal. 35. מִי כָּמוֹךָ מַצִּיל *Quis ſicut tu liberans*.

§. xv. De פָּזֵר קָטֹן

Decimus quintus rex eſt פָּזֵר קָטֹן i. *diſperſor paruus*; habetque locum ſupra dictionem: miniſtrum habet vnicum, qui eſt Munach, vt Gen. 3. ℣. 7. וַתֵּרֶא הָאִשָּׁה i. *& vidit mulier*: Et reperiuntur plures Pazer ſe cõſequẽtes, bis, ter, vſque octies, vt habetur 1. Par. 15. 18. ſic זְכַרְיָהוּ בֵּן וְיַעֲזִיאֵל וּשְׁמִירָמוֹת וִיחִיאֵל וְעֻנִּי אֱלִיאָב וּבְנָיָהוּ וּמַעֲשֵׂיָהוּ. Hæc omnia ſunt nomina propria, nec indigent interpretatione.

§. xvi. De טַרְחָא

Decimus ſextus rex vocatur טַרְחָא i. *fatigatio*, qui & alio nom. appellatur טִפְּחָא i. *menſura palmæ*, vel *defatigatus*, ſic dictus, eo quod ſit vocis ſubmiſſę, & quaſi feſſę. Hic accẽtus locũ habet ſub dictione, cuius miniſter eſt plerumq. Merchà ſimplex, & aliquãdo duplicatũ, vt Gen. 1. ℣. 1. אֵת הַשָּׁמַיִם i. *cælum*; Nec vnquam inuenitur Tarchà, quin ſequatur Athnach, vel Soph paſuk. Nec vllus verſus reperitur in Biblijs, quin in eo

ſit accentus Tarchà. Quando autem in vno verſu ſunt duo Athnach, ſunt etiam duo Tarchà in eo: vnum ante Athnach, & alterum ante Soph paſuk.

§. XVII. De שַׁלְשֶׁלֶת

Decimus ſeptimus rex vocatur שַׁלְשֶׁלֶת i. *trium graduum*, vel *catena*, a figura, quam habet. Hic accentus ponitur ſupra dictionẽ, vt v.g. Pſ. 13. עַד־אָנָה i. *vſquequo?* Nullum hic habet miniſtrum, quia non reperitur niſi ab initio verſuum. Elias tamen ſcribit, quod poſt ſe ſemper habet pauſulam Peſik: ſuſpirij ſcilicet, vel exiguæ reſpirationis notam, ob vocem in cãtu ſinuoſo flexu (iuxta eius figuram) eleuatam. Septies tantum hic accentus in libris proſaicis reperitur, vt וַיִּתְמַהְמָה i. *tardauit*, Gen. 19. 16. reliqua alia loca ſunt Geneſ. 24. 12. & 39. 8. Leuitic. 8. 23. Eſdr. 5. 15. Iſai 13. 8. Amos 1. 2.

§. XVIII. De פְּסִיק

Decimus octauus rex appellatur פְּסִיק i. *diſtinctio*, ſeu, *finiens*. Et hic habet locum intra duas dictiones, vt Geneſ. 3. כָּל־שֶׂא נָקֹד i. *Omne pecus maculis reſperſum*. Hic accentus nuſquam venit niſi inter miniſtrum, & regem; puta inter Mahpach, & Paſctà; inter Dargha, & Thebir; inter Mercha, & Tiphchà; inter Munach, & Athnach; inter Munach, & Pazer; venit etiam aliquando Peſik poſt Peſik: Magiſtri Maſoreth numerauerunt omnes Peſikim per ſingulos Biblicos libros, & inuenerunt in Geneſi 29. in Exod. 14. &c.

§. XIX. De יְתִיב

Decimus nonus rex appellatur יְתִיב i. *reducens*, qui & alio nomine vocatur שׁוֹפָר מְקַדֵּם i. *cornu præmiſſum*, vel *antecedens*. Et ab alijs שׁוֹפָר מַשְׁפִּיל i. *cornu deijciens*, poniturq. ſub dictione. Et eſt ſimilis מַהְפַּךְ i. *reuerſiuo*, vel *inuerſo*; differunt tamen, quia Iethib ſolum reſidet in dictione, cuius prima litera ſer-

uare debet accentum,& ordinatur ante punctum, vt אֵ֣לֶּה בְּנֵי i. *hi ſunt filij*, vbi vides ante tsere ſub Aleph, poni ſignum Iethib. Quod ſi sub alia litera, quàm prima ponatur, eſt mahpach,non Iethib. Neque hic accentus venit, niſi ante puncta in monoſyllabis,aut in alijs dictionibus,quæ sunt milhel; vnde & *cornu præpoſitiuum* vocatur, venitq. poſt ipsum Zakeph Katon. Seruit autem ei munach in principio dictionis præcedentis. Vnde quantum eſt ex se, miniſtro caret,vocaturque a Masorethis טַעַם לְאָחוֹר. Exemplum habes Gen. 46. ver. 19. אֵ֣לֶּה בְּנֵי זִלְפָּה i. *iſti ſunt filij Zilphæ*.

§. xx. De לְגַרְמֵיהּ

Vigeſimus rex vocatur לְגַרְמֵיהּ i. *confringens oſſa*, vel *ad os eius*, ſic dictus a figura,& poſitione. Hic locũ habet inter duas dictiones, vt Gen. 1. וַיִּקְרָא אֱלֹהִים׀ לָאוֹר יוֹם idest, *& appellauit Deus lucem diem*. & Geneſ. 6. צֹהַר׀ תַּעֲשֶׂה לַתֵּבָה i. *feneſtram facies in arca*. Serui huius regis ſunt munach, mercha, & kadmà. Sunt tamen aliqui, qui putant Peſik idem eſſe ac legarmè, ſed falluntur; licet enim ſint eiusdem figuræ,in eodemq. loco ponantur;tamen in hoc differunt, quod peſik non habet ſeruos ſicut habet legarmè; vnde nec eſt rex, nec tropus, ſed tantum pauſa aspirationis.

De Accentibus מְשָׁרְתִים i. *miniſtris*.

Egimus hucuſque ſingillatim de accẽtibus regijs,eorum ſignificationem,locum,poteſtatemq. explicando. Reſtat nunc, vt de miniſtris eodem ordine agamus, cum breuitate tamen, & claritate.

§. xxi. De מוּנַח

Primus miniſter vocatur מוּנַח i. *depoſitum*, ſcilicet, *cornu*, vocaturq. alijs nominibus, videlicet שׁוֹפָר יָשָׁר i. *cornu rectum*,

vel

vel *tuba recta*, & שׁוֹפָר הוֹלֵךְ i. *cornu ambulans*, vel *tuba incedens*. Hic accentus ponitur ſub dictione. Exemplum in Pſalm. 1. לֹא עָמָד i. *non ſtetit*. Seruitq. omnibus regibus, exceptis Tarcha, Scialsceleth, & Soph paſuk. Reperitur ſæpius iteratum, vnũ poſt aliud ſepties vſque, vt patet in Eſdræ cap. 3. v. 9. וּמָה חַשְׁחָן וּבְנֵי תוֹרִין וְדִכְרִין וְאִמְּרִין לַעֲלָוָן לֶאֱלָהּ שְׁמַיָּא i. *Etiam quæ opus ſunt, vt iuuenci, & arietes, & agni ad holocauſta pro Deo cæli*.

§. XXII. De עִלּוּי

Secundus miniſter vocatur עִלּוּי i. *aſcenſus*, vel *exaltatio*. Hic accentus ponitur ſub dictione. Exempl. in Prouer. c. 1. שְׁמַע בְּנִי מוּסַר אָבִיךָ i. *Audi fili mi diſciplinam patris tui*. Et iſte accentus non differt a munach, niſi cũ præcedit athnach, vel zarcha, tuncq. appellatur hillui. Sic etiam quando præcedit regem zakeph, & ſignatur in litera ſecunda, vocatur quoque hillui; ſecus autem ſi ſignetur in litera prima: tunc enim appellatur Mecarbel.

§. XXIII. De מְכַרְבֵּל

Tertius miniſter vocatur מְכַרְבֵּל i. *cribrator*, vel שׁוֹפָר מְכַרְבֵּל i. *cornu ſuſtinens*. Neque etiam figura huius accentus differt à figura munach; ponitur etiam ſub dictione, vocaturq. tunc munach mecarbel quando ſcribitur ante zakeph, & ſignatur in litera prima vt dixi ſupra.

§. XXIV. De מַהְפַּךְ

Quartus miniſter vocatur מַהְפַּךְ ſeu שׁוֹפָר מַהְפַּךְ i. *cornu inuerſum*, ſeu שׁוֹפָר הָפוּךְ i. *tuba inuerſa*. Hic ponitur infra dictionem, ſeruitq. ſolum regi paſctà, vt Gen. 1.14. וְהָיוּ לְאֹתֹת, i. *& erunt in signa*. Soletq. ipſum præcedere zarcha, vt Pſal. 3. v. 8. קוּמָה יְהוָה הוֹשִׁיעֵנִי i. *Surge Domine, ſaluum me fac*. &

Psalm. 6. 3. חָנֵּנִי יְהוָה כִּי אֻמְלַל אָנִי *Miserere mei Domine, quia infirmus sum.*

§. XXV. De מְאַיְּלָא

Quintus minister appellatur מְאַיְּלָא i. *ceruificatum* à forma & figura; & est virgula protracta sub dictione prope initium à sinistro in dextrum, formamq. habet ~~ Tiphcha, & nō ponitur, nisi cum athnach, aut soph pasuch, aut tarchà, vt Gen. 9. in fine וַיֵּצֵא נֹחַ, & Num. 28. 26. בְּשָׁבֻעֹתֵיכֶם i. *in septimanis vestris.* Magistri Masoreth notant hoc in loco vndecim esse loca in Biblijs, in quibus Meaielà ponitur ante Athnach, & hic supra positi sunt duo ex illis.

§. XXVI. De קַדְמָא

Sextus minister appellatur קַדְמָא i. *antecedens*, sic dictus, quoniam antecedit Azlà, & ad eum deuenit. Figura eius est virgula protracta supra dictionem à dextra in sinistram tendens; vt v. g. Paralip. 1. 12. וְהֵנָּה i. *& isti.* Seruitq. hic accentus quatuor ministris, qui sunt Sciofar hapuch, Darga, Sciofar iasciar, & Mercha, ministrat enim tribus regibus, scil. ~ Zarcha, Azla, & Thebir, vt patet Gen. 20. וּלְשָׂרָה אָמַר הִנֵּה נָתַתִּי אֶלֶף כֶּסֶף לְאָחִיךְ i. *& ad Saram dixit, ecce dedi mille argenti (nummos) fratri tuo.*

§. XXVII. De דַּרְגָּא

Septimus minister appellatur דַּרְגָּא i. *gradus*, sic dictus, quia est sicut gradus scalæ; Figura autem eius testatur, quia figuratur gradus post gradum, tum etiā, quia vocem tremulā & contortam denotat. Vocatur etiam שׁוֹפָר גַּלְגַּל i. *tuba tortuosa*; seruitq. vna cum Kadma, & Sciofar iasciar, regibus, Thebir, & Reuiah. Seruit & ipse ministro munach, & in quatuordecim locis seruit merchæ duplicatæ. Exemplum habes Gen. 1. וַיַּרְא אֱלֹהִים i. *& vidit Deus*, & Gen. 39. הָעֶבֶד *seruus.*

§. XXVIII.

§. XXVIII. De מֵרְכָא פְּשׁוּטָה

Octauus minister vocatur מֵרְכָא, seu מֵרְכָא פְּשׁוּטָה i. *productio minor*, qui etiam vocatur מַאֲרִיךְ i. *prolongans*, & מַקֵּל i. *baculus*: ipse enim it in prolongatione sermonis, vsque ad pausam. Figura eius est virgula sub dictione a dextro in sinistrum, ac si accederet in prolongationem itineris. Seruitque duobus regibus, scilicet, Tarchæ, & Soph pasuk, vt patet Gen. 1. (*reauit Deus* אֵת הַשָּׁמַיִם *cælum* (*& terram.*) Seruit etiam ad prolongandam motionem, et ad distinguendum inter Kamets hatuph, vt Neemiæ 5. in fine זָכְרָה־לִּי אֱלֹהַי לְטוֹבָה i. *recordare mei Deus in bonum*, vbi Kamets, quod est sub Zain est hatuph. At uero in lamentationibus Ieremiæ c. 1. זָכְרָה יְרוּשָׁלַ͏ִם *recordata est Ierusalem*. Kamets latum propter maarich. Deseruit etiam ad conuertendum Chiric katon, in Chiric gadol, et ad reuelandum iod primæ radicalis, sicut apparet in primo Regum c. 18. וְיִצְקוּ עַל־הָעֹלָה i. *& fundent super holocaustum*.

§. XXIX. De מֵרְכָא כְּפוּלָה

Nonus minister appellatur מֵרְכָא כְּפוּלָה i. *productio duplex*. Vocatur etiam alio nomine תְּרֵין חוּטְרִין i. *duo baculi*, diciturq. sic, quia figura eius sunt duo baculi sub dictione, vnus quidē prope alterum a dextro in sinistrum, adiungitq. se cum Darga ad ministrandum regi Tarchà, vt Gen. 27. prope medium וַיָּבֵא לוֹ יַיִן וַיֵּשְׁתְּ i. *& attulit ei vinum, & bibit* Et aliquando minister eius est maarich, וַיִּקְרָא לָהּ נֹבַח בִּשְׁמוֹ *Et vocauit eam Nouah nomine suo*.

§. XXX. De תַּרְסָא

Decimus minister vocatur תַּרְסָא i. *scutum*, sicque dicitur, quia est tanquam parma, et scutum, et parmula. Vocatur etiam תְּלִישָׁה קְטַנָּה i. *eradicator minor*, poniturq. supra dictionem in vltima syllaba, seruitq. vna cum Kadma, accentui

Azlà,

Azlà,& non facit nec Milhèl, nec Milràh, i. neque producit penultimã ſyllabam, neque vltimam. Exemplum habes in Daniel c. 1. וַיִּתֵּן אֲדֹנָי בְּיָדוֹ i. *& dedit Dominus in manu ſua*. Veniunt etiam duo Tarsà ſuper vna dictione, vt patet Geneſi cap. 37.

§. XXXI. De סַחְפָּא

Vndecimus miniſter appellatur סַחְפָּא i. *impulſio*, ſeu *ſubuerſio*. Hic accentus ſimilis eſt accentui regio Athnac in forma, & figura: in hoc tantum ab eo differt, quod hic venit in prima dictione verſus, ſicut Exodi 33. וַיֹּאמַר פָּנַי יֵלֵכוּ i. *& dixit, facies mea præcedet*. Et paulo interius ſic וַיֹּאמַר הַרְאֵנִי נָא אֶת כְּבֹדֶךָ i. *Et dixit, fac me videre quæſo gloriam tuam*,&c.

§. XXXII. De יֶרַח בֶּן־יוֹמוֹ

Duodecimus, & vltimus miniſter appellatur יֶרַח בֶּן־יוֹמוֹ *luna filia diei ſui*, ideſt, *diem habens vnum*, quia videlicet ei aſſimilatur, ob figuram ſemicirculi, quam habet. Vocatur & alio nomine hic accentus גַּלְגַּל i. *circulus*, ſeu *rota*, a figura quã habet & ponitur ſub dictione, miniſtratq. ſolum regi Karnè pharà; & id quidem dumtaxat ſexdecim in locis, vt Num. c. 35. אַלְפַּיִם בָּאַמָּה *Bis mille cubitis*; Reliquos locos citatos vide ſupra in Karnè pharà.

Appendix pro complemento.

Notandum eſt, quod iſti omnes accentus, quos ſupra numeraui, & explicaui, ſoli Sacræ Scripturæ inſeruiunt, in eaq. ſola reperiuntur; præter Athnach, & Soph paſuk, quorum in aliquibus libris, vel ſcriptis raroq. vſus reperitur; vt plurimum enim cæteri libri, præter Bibliacos, partim ſunt abſque punctis, & accentibus, partim cum ſolis punctis, ad faciliorem lectionem.

PARS SECVNDA

In qua agitur de loco, & sede accentuum in Nominibus, Verbis, & Consignificatiuis. De accentu Rhetorico, & Makaph.

POST explicationem tum nominum, tum figurarum accentuum, consequenter necessarium scitu est, quonam in loco ponendi sint: tum in Nominibus, tum in Verbis, & Consignificatiuis, ad hoc, vt quisque sine errore, & vacillatione in linguæ Hebraicæ scientia progredi possit.

Primò itaque agemus de loco, quem sibi vendicant accentus in Nominibus, eorumq. affixis.

Secundo, de sede, quam habent in verbis, & eorum affixis.

Tertio, de loco, quem sibi asciscunt in consignificatiuis.

CAP. I.

Quemnam locum sibi vendicent accentus in Nominibus.

AD faciliorem rei huiusce intelligentiam operæpretium duxi tradere quasdam perbreues regulas, quibus studiosi huius linguę inniti possint, easq. in memorię thesauro collocare.

Prima regula. Omnia nomina monosyllaba, cuiusuis sint formæ, semper habent sub se aliquem accentum, vt v. g. אֵל Deus, שַׂר Princeps, מוֹץ Gluma, &c.

Secunda regula. Omnia nomina dissyllaba, vel polissyllaba, quorum postrema motio est Kamets, habent accentum in vltima, vt דָּבָר verbum, שׁוּעָל vulpes, אַרְגָּמָן purpura, &c.

Tertia regula. Nomina, quorum motio vltima est Tsere, habent accentum in vltima, vt זָקֵן senex, מוֹעֵד solemnitas, בַּרְזֶל ferrum, &c.

Quarta Regula. Nomina, quorum motio ultima est Holé, vel

vel Vau holem, vel Vau ſurec, vel Kybbuts, habent accentum in ultima, ut קָטֹן paruus, גָּרוֹן guttur, אֲבַדּוֹן perditio, דִּבּוּר locutio, מַלְכוּת regnum, שִׁפְלוּת humilitas, חַרְצֹב ligamen, &c.

Quinta regula. Nomina deſinentia in ה, præcedente Kamets, uel Sægol, habent accentum in ultima, ut חָכְמָה ſapientia, תְּרוּמָה elatio, מַרְאֶה aſpectus, מִקְרֶה accidens, &c.

Sexta regula. Nomina, quorum poſtrema motio eſt Sægol, præcedente alio Sægol, uel Kamets, uel Holem, uel Tſere, habent accentum in penultima, ut שֶׁלֶג nix, גֶּפֶן uitis, מָוֶת mors, אָוֶן mendaciũ, סֵפֶר liber, סֹלֶת ſimila, אֹזֶן auris, &c. Excipe ex hac regula, quæ deſinunt in Sægol, præcedente Kateph ſægol, uel Sceua; habent enim accentum in ultima, ut אֱמֶת ueritas, סְנֶה rubus, שְׁכֶם humerus, &c.

Septima regula. Nomina, quorum motio ultima eſt pathah, præcedente alio pathah, uel holem, uel Surech, Hiric gadol, uel Tſere, uel Sægol habent accentum in penultima, ut סַעַר turbo, נַעַר puer, סֹהַר carcer, כֹּחַ uirtus, רוּחַ ſpiritus, מַבּוּעַ ſcatebra, בֶּצַע ſegmentum, קֶמַח farina, שִׂיחַ herba, יָרֵחַ luna, רֵיחַ odor. Excipiuntur ex hac regula, quæ ſunt huius formæ, דְּבַשׁ mel, זְמַן tempus, חַרְצַן acinus uuæ, צֵלָע costa, &c. quæ habent accentum in ultima ſyllaba:

Octaua regula. Nomina quorum motio ultima eſt Hirik gadol, habent accentum in ultima, ut צַדִּיק iuſtus, עָשִׁיר diues, חָסִיד miſericors, רֵאשִׁית initium, נוֹצְרִי Nazarenus, יְהוּדִי Iehudæus, etc.

Nona regula. Nomina, quorum motio ultima eſt Hirik præcedente pathah, habent accentum in penultima, ut עַיִן oculus, בַּיִת domus, שַׁיִשׁ marmor, etc.

Decima regula. Nomina, quæ deſinunt in Iod, uel Vau, præcedente Vau holem, uel pathah, uel Tſere, uel kamets habent

bent accentum in penultima, ut גּוֹי gens, שַׁי munus, שָׁלֵו pacificus, סְתָו hyems, שְׂלָו coturnix, etc.

Vndecima regula. Nomina desinentia in Sceuà, præcedente Kamets, uel Tsere, habent accentum in penultima, ut חֵטְא peccatum, שָׁוְא uanum, etc.

DE LOCO ACCENTVVM in plurali.

Canon primus generalis.

OMnia nomina, cuiuscumque sint formæ, uel generis, in numero plurali habent accentum in ultima, ut דְּבָרִים uerba, סְפָרִים libri, זְבוּבִים muscæ, מְלָכִים reges, צְבָאוֹת exercitus, etc.

De loco Accentuum in Duali.

Canon secundus generalis.

OMnia nomina, quæ numeri dualis sunt, habent accentum in penultima, ut שָׁמַיִם cæli, עֵינַיִם oculi, צָהֳרַיִם meridies, מֹאזְנַיִם bilances.

De loco accentuum in nominibus affixis.

Canon tertius generalis.

OMnia nomina, quæ sunt affixa, uel sint pluralis, uel singularis numeri, habent accentum in ultima, seu in affixo, ut דְּבָרִי uerbum meum, סִפְרוֹ liber eius, חָכְמָתוֹ sapientia eius, סִפְרֵיהֶם libri eorum, עָרֵיכֶם ciuitates uestræ, לְשׁוֹנָם lingua eorum, etc. Excipiuntur ista affixa, quæ habent accentum in penultima, scilicet, דְּבָרֵינוּ uerba nostra, מַעֲשֶׂיךָ opera tua, פָּנֵימוֹ facies eorum, דְּבָרֶיהָ uerba eius, fœm. gen. צִדְקוֹתָיו iustitiæ eius, תּוֹעֲבוֹתַי abominationes meæ, עֵינַיִךְ oculi tui fœmin. gen. Et his similia.

CAP. II.

De loco, quem ſibi vendicant accentus in verbis, in omnibus modis, et perſonis octo coniugationum, tum perfectis, tum imperfectis.

De ſitu accentuum in præterito.

PRima regula. In tertia perſona præteriti ſiugularis, cuiuſcumque ſit coniugationis, accentus ſemper ponitur in vltima, vt לָמַד didicit, נִשְׁמַר cuſtoditus eſt, בִּקֵּשׁ quæſiuit, חֻבַּל corruptus eſt, הוֹלִיד genuit, הוּדַע factus eſt ſcire, כּוֹנֵן parauit, הִתְיַפָּה fecit ſepulchrum, &c.

Secunda regula. In prima, & ſecunda perſona præteriti, accentus ponitur in penultima, vt שָׁמַרְתָּ cuſtodiſti, רָאִיתָ vidiſti, הָלַכְתָּ ambulaſti, בַּנְתָּ intellexiſti, שָׁלַחְתִּי miſi, קָרָאתִי clamaui, נֶעֱזַבְתִּי derelictus fui, כִּפַּרְתִּי numeraui, &c. Sed hoc vnum aduerte, quod quando has perſonas præcedit vau hippuc, mutans tempus de præterito in futurum, tunc accentus cadit in vltima, vt וְאָמַרְתָּ & dices, וְשָׁמַרְתָּ & cuſtodies, וְאָכַלְתִּי & comedam, וְנָתַתִּי & dabo, &c.

Tertia regula In tertia perſona plurali ponitur accentus in vltima, vt שָׁמְרוּ cuſtodierunt, שָׁמְעוּ audierunt, קִבְּלוּ ſuſceperunt, שִׁעְשְׁעוּ delectati ſunt, etc. At quando venit in hephſek, ideſt pauſa, vel fine verſus, vbi ſceuà mutatur in camets, vel tſere, tunc accentus cadit in penultima, vt עָבָרוּ tranſierunt, שָׁמָרוּ cuſtodierunt, מָלֵאוּ pleni ſunt, etc. Excipiuntur etiam ab hac regula verba tum perfecta, vt הִלְמִידוּ diſcere fecerũt, tum quieſcentia ngaijn vau, tum geminata, quorum tertia perſona pluralis habet accentum in penultima, vt בָּנוּ סָבוּ etc.

Quarta regula. In ſecunda perſona plurali maſculini generis

neris, accentus ſemper ponitur in vltima, etiam ſi præponatur vau hippuk, ut שְׁמַרְתֶּם cuſtodiſtis, פְּקַדְתֶּם uiſitaſtis, וַאֲמַרְתֶּם et dicetis, וּפְקַדְתֶּם et uiſitabitis.

Quinta regula. In prima perſona plurali, accentus ponitur in penultima, ut דִּבַּרְנוּ locuti ſumus, בִּקַּשְׁנוּ quæſiuimus, סַבּוֹנוּ circuiuimus, גָּלִינוּ reuelauimus, שַׁבְנוּ reuerſi ſumus, etc.

Sexta regula. In tertia perſona ſingulari fœm. accentus ponitur in ultima, ut לָמְדָה didicit fœm. פָּקְדָה uiſitauit, fœmin. etc. Excipiuntur ab hac regula uerba tum quieſcentia aijn uau, uel iod, tum chefulim, ideſt duplicantia ſecundę radicalis: hæc enim habent accentum in penultima, ut קָמָה ſurrexit, סַבָּה circuiuit, בָּנָה intellexit, etc.

Excipitur etiam Hiphil tum uerborum perfectorum, tum imperfectorum: in tertia enim perſona plurali præteriti, ut ſupra dixi, et in tertia ſing. fœminina, accentus eſt in penultima ut u. g. הִפְקִידָה uiſitare fecit fœm. הֶאֱכִילָה comedere fecit, הֵבִינָה intelligere fecit, הֵסֵבָּה circuire fecit, etc.

Septima regula. In ſecunda perſona ſing. fœm. et in ſecunda plurali fœm. accentus ponitur in ultima, ut שָׁמַרְתְּ cuſtodiſti fœm. הֵשַׁבְתְּ redire feciſti, et plur. פְּקַדְתֶּן uiſitaſtis, fœm. בִּקַּשְׁתֶּן quæſijſtis, etc. Et ſic in omnibus coniugationibus.

De ſitu accentuum in Benoni.

PRrima perſona ſingularis maſculin. præſentis temporis in omnibus binianim habet accentum in ultima, ut פּוֹקֵד uiſitans, מְלַמֵּד edocens, מַאֲכִיל comedens, מֵשִׁיב redire faciens, מִתְפַּלֵּל orans, et ſic in reliquis omnibus. Excipe uerba, quorum ultima eſt ח, uel ע, hæc enim accentum habent in penultima, ut שׁוֹמֵעַ, etc.

Secunda perſona pluralis maſculini generis, habent accē-

tum

tum in vltima, vt שׁוֹמְרִים custodientes, בָּנִים intelligentes, מְבַקְשִׁים quærentes,&c. & sic in omnibus binianim.

Prima persona fœminin. quando terminatur in ה præcedente kamets, habet accentum in vltima, vt לוֹמְדָה discens, נוֹתְנָה dans, מַאֲבִידָה perdere faciens,&c Quando verò terminatur in ת præcedente sægol, vel pathah, tunc accentum habet in penultima, vt פּוֹקֶדֶת visitans. fęm. חוֹלֶמֶת somnians, שׁוֹמַעַת audiens, יוֹדַעַת sciens,fęm. בּוֹלַעַת deglutiens,&c.

Secunda persona plur.fęm. in omnibus binianim semper habet accentum in vltima, vt בּוֹגְדוֹת præuaricantes, מְבִינוֹת intelligentes, מִשְׁתַּחֲוֹת adorantes,&c.

De loco accentuum in Pahul.

HAEC regula generalis sit: in Pahul, cuiuscunque sit coniugationis, tum perfectorum, tum imperfectorum, accentus semper ponitur in vltima, tam in singulari, quàm in plurali, vt שָׁמוּר custoditus, מְסֻפָּר numeratus, מוּסָב circumductus, לְמוּדִים edocti, נְגוּעִים percussi, יְלוּדִים nati,&c.

De situ accentuum in Makor.

IN Makor accentus locum habet in ultima syllaba, tam si præponatur Vau, quam cum literis biclàm, ut פְּקוֹד uisitare, שְׁמוֹר custodire. בָּרֵךְ benedicere, בְּיַפּוֹת in ornando, לְהַבִּיט ad aspiciendum, מֵהִתְפַּלֵּל ab orando,&c.

Excipiuntur ab hac regula tũ defectiua Pe nun, & Pe iod, & Pe lamed; tum quiescentia Pe iod, quæ in Makor desinunt in Thau, præcedente sægol, uel pathah, habetq. accentum in penultima, ut שֶׁבֶת sedere, בְּגֶשֶׁת in appropinquando, כְּצֵבֶת cum staret, לָדַעַת ad sciendum. מִקַּחַת ab accipiendo.

De situ accentuum in Tsiuui.

IN Tsiuù, seu imperatiuo, tam in singulari masculino, quàm in plurali mas. & in singulari fęm. accentus semper

cadit in vltima, vt שְׁמַע audi, הִשָּׁמֵר caue, לַמְּדוּ docete, הָבִיא adduc, הִשְׁתַּחֲוֵה adora, &c. Excipe pluralem masc. & sing. fœm. in Hiphil omnium coniugationum, quæ habent accentum in penultima, vt הַשְׂכִּילוּ intelligite, הַקְשִׁיבִי ausculta, &c.

In plurali fœminino accentus semper cadit in penultima, vt שְׁמוֹרְנָה audite, גֵּשְׁנָה accedite, קַחְנָה accipite, הֲבִיאֶנָה afferte, &c.

De loco accentuum in futuro.

IN futuro hæc regulæ seruandæ sunt. In prima, secunda, & tertia persona singul. & prima plurali, accentus in omnibus coniugationibus ponitur in vltima, vt אֶפְקוֹד visitabo, אֲבַקֵּשׁ quæram, אָבִיא adducam, יִשְׁמוֹר custodiet, יֹאכַל comedet, יָבִין intelliget, יִתְפַּלֵּל orabit, תִּפְעוֹל operaberis, תָּשִׂים pones, תִּשְׁתַּחֲוֶה adorabis, נְרַנֵּן exultabimus, נָבִין intelligemus, &c.

Tertia persona pluralis masculini, & secunda plur. masc. In omnibus coniugationibus habent accentum in vltima, exceptis futuro Kal, & Niphal, quiesc. aijn vau, & chefulim, & Hiphil, tum perfectorum, tum imperfectorum, in his enim accentus ponitur in penultima. Exempla vtriusque:

Primi, יִלְמְדוּ discent, יִשְׁמְרוּ custodient. In pausa vero facit יִשְׁמֹרוּ תִּשְׁמָעוּ audietis, תִּקְרָאוּ vocabitis.

Secundi, יָבוֹנוּ intelligent, יָמוּתוּ morientur, תָּבוֹנוּ intelligetis. In Niphal, יִבּוֹנוּ intelligentur, יֵאוֹרוּ illuminabuntur, תְּמוּתוּ moriemini, תִּבּוֹנוּ intelligemini.

In Hiphil vero יַלְמִידוּ dicere facient, יוֹשִׁיבוּ sedere facient, יָבִינוּ intelligent, תַּפְקִידוּ visitare facietis, תָּשִׂימוּ ponetis, תַּעֲבִירוּ transire facietis.

Tertia persona singularis fœminin. in omnibus coniugationibus semper habent accentum in vltima, vt v.g. תִּמְלוֹךְ regna-

gna-

gnabit, תִּשָּׁאֵר relinquetur, תְּבַקֵּשׁ quæret, & ſic in cæteris

Secunda perſona fœmin. habet ſemper accentum in vltima, vt תִּפְקְדִי viſitabis, תַּעֲשִׂי facies תִּתְבּוֹנְנִי intelliges, &c. Excipe primo ex hac regula quādo uerba orationis ſententiā terminānt, tunc enim accētus retrograditur in penultimā, mutaturq. punctum breue in magnum, vt ſi fuerit ſceuà penultimum punctum, mutabitur in holem, vel kamets gadòl, vt ex תִּפְעֲלִי operaberis; in pauſa dicitur תִּפְעָלִי, & ſic de cæteris.

Excipe ſecūdo ex prima regula, coniugationē hiphil omniū verborum : in hac enim ſecunda perſona, ſicut & in quibuſdam alijs, vt ſupra dixi, accentus ponitur in penultima, vt תַּלְמִידִי diſcere facies, תָּבִינִי intelliges, תּוֹשִׁיבִי ſedere facies, תַּאֲכִילִי comedere facies, &c.

Excipe tertio, verba quieſcentia haijn vau, & duplicantia, quæ duo in Kal, Niphal, & Hophal in hac ſecunda perſona habent accentum in penultima, vt תָּמוּתִי morieris, תָּבֹאִי venies, תָּסֹבִּי circumdabis, תָּרֹנִּי exultabis : In Niph. תִּבּוֹנִי intelligeris, תֵּאוֹרִי illuminaberis, תִּסּוֹבִּי circumdaberis, תִּתּוֹמִּי perfecta eris, תּוּסַבִּי circumdata eris, &c.

Tertia perſona plur. vel ſecunda fœm. ſemper habet accentum in penultima in omnibus coniugationibus תִּפְעַלְנָה operabuntur, vel operabimini, תַּעֲלוֹזְנָה exultabunt, תֶּחֱרַשְׁנָה obſurdeſcent, תַּאֲכֵלְנָה comedere facient, תְּבִיאֶנָה adducent, תִּתְבּוֹנֵנָּה intelligent, תַּמְצֶאנָה inuenire facient, &c.

Hæ regulæ, quas dedi, ſeruiunt per omnes coniugationes, vt dixi, maximeq. ſunt ſcitu neceſſarię ad hoc, vt tute, et abſq. orthographia quicumque tum legere, tum ſcribere poſſit.

De ſitu accentuum in verborum affixis.

POſt tractationem de loco, ſituq. quem ſibi vendicabant accentus in verborum coniugationibus; conſequenter agen-

dum eſt de poſitione accentuum in eorum affixis. Et ad conſulendum breuitati ponam pro exemplo verbum פָּקַד in Kal cum ſuis affixis, & accentibus, & locum quem habent accentus in affixis huius coniugationis, habebunt etiam in alijs.

פְּקָדוֹ Viſitauit eum. habet accentum in ultima; ſic etiam נְתָנוֹ dedit eum, הִשְׁמִירוֹ cuſtodire fecit eum, &c.

פְּקָדָהוּ viſitauit illum. accentus eſt in penultima; ſic etiam קְרָאָהוּ vocauit eum, בִּקְשָׁהוּ quæſiuit eum, &c.

פְּקָדְךָ Viſitauit te. accentus eſt in vltima, & penultima, ſic etiam יְלָדְךָ genuit te, עֲבָדְךָ ſeruiuit tibi. Cum autem ſtat in fine ſententiæ, vltima radicalis punctatur cum ſægol, habetque accentum in penultima, vt יְלָדֶךָ genuit te, הִשְׁמִירֶךָ cuſtodire fecit te, &c.

פְּקָדַנִי Viſitauit me. accentus eſt in penultima; ſic etiam זְבָדַנִי dotauit me, הִשִּׁיאַנִי decepit me, &c. Quando autem ponũtur in pauſa, tunc penultimũ punctũ vel mutatur in Kamets, habetq. eodem loco accentum, vt בֵּרַכְתָּנִי benedixiſti me; vel in tsere, vt יִסְּרֵנִי erudiuit me, &c.

פְּקָדָם Viſitauit eos. Accentus ponitur in vltima, ſic et גְּאָלָם redemit eos, etc. Quandoque hoc affixum occultatur per Mem, et Vau holem, et ſic accentus cadit in penultimã, vt כִּסָּמוֹ operuit eos, תְּבִיאֵמוֹ introduces eos, etc.

פְּקַדְכֶם Viſitauit vos. Accentus eſt in vltima; ſic etiam לִמַּדְכֶם docuit vos, etc.

פְּקָדָנוּ Viſitauit nos. Accentus eſt in penultima; ſic etiam זְכָרָנוּ memor fuit noſtri, etc.

פְּקָדָהּ Viſitauit eam. Accentus ſtat in vltima ſyllaba dictionis; ſic etiam שְׁמָרָהּ cuſtodiuit eam, etc.

פְּקָדֵךְ Viſitauit te, fœm. Accentus in vltima; ſic etiam שְׁבָרֵךְ contriuit, vel confregit te, etc. Quandoque autem litera

Caph

Caph recipit post ſe Iod, habetq. ſub ſe Kirech, et tunc accentus ponitur in penult. ſiue fuerit Tsere, vt הַמְעַטְּרֵכִי qui coronat te, etc. ſiue fuerit kamets, vt תַּחֲלוּאָיְכִי, נְעוּרָיְכִי, חַיָּיְכִי, etc.

פְּקָדָן viſitauit eas. Accentus ponitur in vltima ſyll. dict.

פְּקָדְכֶן Viſitauit vos, fœm. Accentus eſt in vltima, ſicut et in maſculino plurali affix.

Hæc de tertia perſona dicta ſufficiant.

De ſecunda perſona præt. affix.

פְּקַדְתּוֹ Viſitaſti eum. Accentus manet in vltima.

פְּקַדְתָּהוּ Viſitaſti illum; ponitur in penultima.

פְּקַדְתַּנִי Viſitaſti me; collocatur in penultima.

פְּקַדְתָּם Viſitaſti eos; manet in vltima.

פְּקַדְתָּנוּ Viſitaſti nos: ponitur in penultima, ſicut etiam יְלִדְתָּנוּ genuiſti nos. Vel ſi ſit penultima ſyllaba Tſere, vt הוֹרַדְתֵּנוּ deſcendere feciſti nos.

פְּקַדְתָּהּ Viſitaſti eam: eſt in vltima; ſic etiam בִּקַּשְׁתָּהּ quæſiſti eam, & ſic de cæteris huiuſmodi.

Eodem modo iſta habent accentum in vltima, ſicut פְּקָדָן & פְּקָדָה, vt ſupra dixi.

De loco Accentuum in affixis primæ perſonæ.

פְּקַדְתִּיהוּ & פְּקַדְתִּיו Viſitaui eum: Accentum habent in penultima, ſicut etiam יְלִדְתִּיהוּ genui eum, &c.

Simili modo in ſequentibus, vbique accentus cadit in penultimā, vt פְּקַדְתִּיךָ viſitaui te, פְּקַדְתִּים viſitaui illos, פְּקַדְתִּיהָ viſitaui eam, פְּקַדְתִּיךְ viſitaui te fœm. פְּקַדְתִּין viſitaui eas. Ea verò, quæ habent affixa כֶם vel כֶן non ſolum in תִּי habent accentum, ſed etiam in כֶם maſ. et כֶן fœminino, vt פְּקַדְתִּיכֶם viſitaui vos, שְׁלַחְתִּיכֶם miſi vos, פְּקַדְתִּיכֶן viſitaui vos, fœmin.

Consueuit tamen Sacra Scriptura in hanc sententiã crebrius vti præterito primæ personæ sing. numeri, cum pronomine אֶתְכֶם, vt verbi grat. אָהַבְתִּי אֶתְכֶם dilexi vos. Mal. 1. sic etiam וְהוֹרֵתִי אֶתְכֶם & docebo vos. 1. Reg. 12. etc.

De loco Accentuum in tertia persona plurali affix.

פְּקָדוּהוּ Visitauerunt eum. Accentus situs est in penultima, sic etiam וּדְקָרוּהוּ & configent eum. Zach. 13.

Et simili modo in omni variatione sua seruat illum in penultima, vt פְּקָדוּךָ visitauerunt te, פְּקָדוּכֶם : פְּקָדוּם : פְּקָדוּךָ &c. פְּקָדוּהָ : פְּקָדוּנִי : פְּקָדוּנוּ

De loco Accentuum in secunda persona plur. præt. temp. affix.

פְּקַדְתֶּם Visitastis. Conuertit Mem finale in Vau, et sic recipit affixa, semper accentum seruans in Thau cum Vau syllaba, vt צַמְתּוּנִי ieiunastis mihi. Ita quoque alia, quæ sequuntur פְּקַדְתּוּנִי : פְּקַדְתּוּנוּ : פְּקַדְתּוּהוּ : פְּקַדְתּוּהָ : פְּקַדְתּוּן. Et sic in alijs verbis.

De præteriti prima persona plurali affix.

פְּקַדְנוּהוּ Visitauimus eum. ponitur in penultima. Eodem modo חֲשַׁבְנֻהוּ Nec reputauimus eum, Isai. 53. sic פְּקַדְנוּהָ פְּקַדְנוּךָ : פְּקַדְנוּם

De tertia persona singulari fœm. affix.

פְּקָדַתְהוּ Visitauit eum. manet in penultima. Et veniunt verba ea sic affixata à פָּקְדָה mutato ה fęminini generis in Thau de more nominum cum sequuntur affixa, vt etiam גְּמָלַתְהוּ retribuit ei, Pro. 31. אֲכָלַתְהוּ deuorauit eum, Gen. 37. אֲהֵבַתְהוּ. dilexit eum, etc.

פְּקָדַתְךָ Visitauit te. est in penultima, sic etiam יְלָדַתְךָ peperit te, Cant. 8. etc.

פְּקָדַתְנִי Visitauit me. manet in penultima, sic etiam יֶחֱמַתְנִי calefacta est de me mater mea, Psal. 51. etc.

פְּקַדְתֶּם

פְּקָדָתָם Visitauit eos, accentus in penultima, sic etiam וַאֲכָלָתַם & comedet ea. Oseæ 2.

פְּקָדָתָה & פְּקָדָתָה Visitauit eam. ponitur in penultima, וְשִׁכְּלָתָה & vastent eam. Ezech. 14. &c.

פְּקָדָתֶךְ Visitauit te. manet in vltima: sicut etiam אֲהֵבָתֶךְ dilexit te. Ruth 4. &c.

De situ Accentuum in Benoni affix.

פּוֹקְדוֹ Visitat eum. manet in vltima, sic & שׁוֹמְרוֹ, &c.

פּוֹקְדֵהוּ ponitur in penultima, sic & מַשִּׂיגֵהוּ cum apprehenderit eum gladius, Iob 41.

פּוֹקֶדְךָ Visitans te. est in ultima s. Caph; sic etiam יוֹצֶרְךָ formans te, Isaiæ 44. & בּוֹרַאֲךָ creans te. Si vero finiat orationem, accentus collocatur in penultima, vt יְהוָה שׁוֹמְרֶךָ Dominus custodit te. Psal. 121.

פּוֹקְדִי Visitans me. est in vltima, sic etiam יוֹצְרִי formans me, Isaiæ 49. etc.

פּוֹקְדֵנִי ponitur in penult. sic etiam יִשָּׂאֵנִי עוֹשֵׂנִי tollat me factor meus, Iob 32.

פּוֹקְדָם Visitans eos, est in vltima, sic etiam גּוֹאֲלָם redemptor eorum, Ierem. 50. etc.

פּוֹקְדֵהֶם manet in vltima. Quod si aliquando non inueniatur per הֶם, tamen loco eius reperitur אֶתְהֶם quod ponitur pro אוֹתָם et אֶתְהֶן similiter.

פּוֹקְדֵנוּ Visitans nos, est in penultima, sic etiam גֹּאֲלֵנוּ redemptor noster, Isa. 63.

פּוֹקְדָהּ Visitans eam, manet sub tertia radicali, et ה cum mappik; sic etiam נוֹצְרָהּ seruans eam, Isa. 27.

פּוֹקְדֶהָ ponitur in penultima, s. tertia radicali, scribiturque per sægol.

פּוֹקְדֵךְ Visitans te; manet in vlt. sic etiã מוֹשִׁיעֵךְ וְגֹאֲלֵךְ sal-

uator

uator tuus, et redemptor tuus, etc.

Plural. פּוֹקְדִים quando affixatur, abijcit literam mem.

פּוֹקְדָיו Visitantes eum: ponitur sub tertia radicali, sic etiam יוֹלְדָיו genitores eius. etc.

פּוֹקְדֶיךָ Visitantes te. est in penultima, sic etiam עוֹזְבֶיךָ derelinquentes te. Et sic est de omnibus, quæ terminantur in אֶיךָ בֶיךָ גֶיךָ דֶיךָ tam in verbis, & in nominibus, quàm in milloth affix.

פּוֹקְדַי Visitantes me. est in penult. et est diphth.

פּוֹקְדֶיהָ Visitantes eam, iacet in penultima.

פּוֹקְדֵךְ Visitantes te, ponitur in tertia radicali.

פּוֹקֶדֶת Visitans, habet in penultima, s. in secunda radicali, sicut et nomina, vt מִשְׁמֶרֶת custodia, etc.

פּוֹקַדְתּוֹ manet in vltima syllaba affix. Et sic de alijs.

De situ Accentuum in affix. Makor. פְּקוֹד

פָּקְדוֹ ponitur in vlt. sic קָבְרוֹ שָׁמְרוֹ etc.

פָּקְדְךָ manet in vlt. s. in Caph, sic etiam לְעָבְרְךָ vt transeas. Si autem ante Caph præcedat sægol, tunc collocatur in penult. vt בְּקֻצְרְךָ cum messueris, Leuit. 23.

פָּקְדִי est in ultima, sicut etiam רָדְפִי Psal. 38. etc.

פָּקְדֵנִי iacet in penult. Eodem modo in ijs, quæ in נִי terminantur, in penultimam cadit, vt שָׁמְרֵנִי : עָבְרֵנִי : פָּקְדֵנִי etc.

פָּקְדָהּ manet in tertia radicali cum he finali mappikato: sic etiam לְעָבְדָהּ וּלְשָׁמְרָהּ vt operaretur, et custodiret illum. Gen. 2. Quando autem Sægol, aut Tsere præcedat affixum, tunc cadit in penult. vt לְיַחְמֶנָה Gen. 30.

De Tsiuùi nihil accidit dicere: seruant enim eundem locum accentus, quem in Makor, ut iam demonstrauimus.

De loco Accentuum in affix. futuri. אֶפְקוֹד

אֶפְקְדֵהוּ Visitabo eum; ponitur in penultima, sic

etiam

etiã אֲפַלְּטֵהוּ אֲשַׂגְּבֵהוּ אֶעֱנֵהוּ אֲחַלְּצֵהוּ אֲכַבְּדֵהוּ אַשְׂבִּיעֵהוּ אַרְאֵהוּ
Hæc omnia habentur circa finem Pſal. 91.

אֶפְקְדֶנּוּ manet in penult. ſic etiam אֲשׁוּרֶנּוּ אֶרְאֶנּוּ · Eodem modo ea, quæ in *ennu* terminantur ſignificantia primam perſonam, habent accentum in penult. ut תְּתְנֶנּוּ תְּשִׁיבֶנּוּ · etc.

אֶפְקָדְךָ Viſitabo te. eſt in ultima, ſimiliter etiam אֶמְצָאֲךָ inueniam te. Quando autem huiuſmodi uerba terminant orationem, tunc ſceuà, quod eſt in tertia radicali, mutatur in ſægol, caditque accentus in penult. ut אֲהַלְלֶךָּ laudabo te. Et eodem modo quando Caph finale dagheſſatur, ut אֲקַבְּצֶךָּ etc.

אֶפְקְדֵם Viſitabo eos: ponitur in ultima: ſimiliter ea, quæ finiunt per pathah, ut אֲמִילַם ſuccidam eos Pſal. 118.

אֶפְקְדֶנָּה Viſitabo eam: manet in penult. ut יִרְאֶנָּה יְגָאָלֶנָּה etc. Quandoq. in fine additur Vau, remanetq. in eodem loco accentus, ut יְבָרֲכֶנְהוּ benedicent ei, Pſal. 72.

יִפְקוֹד

יִפְקְדוֹ Viſitabit eum, ponitur in ultima. ſic et יִרְדְּפוֹ perſequetur eum, etc.

יִפְקָדְךָ Viſitabit te. manet in ult. ſic et יִפְגָּשְׁךָ obuiabit tibi. Cum uero terminat orationem ſceuà tertiæ radicalis, mutatur in ſægol, et accentus cadit in penultimã, ut יִרְדְּפֶךָּ perſequetur te, Ezech. 35.

יִפְקְדֵנִי Viſitabit me, eſt in penult. ſic etiam Pſal. 59. יְקַדְּמֵנִי præueniet me, &c. Et quando punctum Tſere in tertia radicali mutatur in pathah, habet eodem in loco accentum, vt יֶאֱהָבַנִי amabit me, &c,

יִפְקְדוּ

יִפְקְדוּהוּ Viſitabunt eum, ponitur in penult. & affixum quandoque accidit per נוּ vt יִלְכְּדֻנוּ Prou. 5.

יִפְקְדוּן iacet in vltima, ſicut aliorum, quæ vel in וּם, vel in יִם, vel

vel ין׳ desinunt, vt יַהַרְגֻן Zachariæ cap. 11.

Cæteras futuri personas affix. accentuare poteris eodem modo, sicut in præterito dictum est. Et hæc dicta sufficiant de loco accentuum in verborum affixis.

De situ Accentuum in Consignificatiuis.

QVantum attinet ad locum, quem accentus sibi vendicant in Consignificatiuis, breuiter sciendum est, qnod in his accẽtus fermè cadit in vltimam, vt אֲנִי ego, אַתָּה tu, אַתֶּם vos, אֲשֶׁר qui, quæ, quod, &c. אֲבָל sed, אָמְנָם uerè, אֵיכָה quomodo, אַיֵּה ubi, כְּמוֹ sicut, הֲלֹא nonne, אוּלָם profectò, בַּעֲבוּר propter, עַתָּה nunc, &c.

Excipiuntur ex hac regula הֵמָּה ipsi, אֵלֶּה isti, אֲנַחְנוּ nos, אֶפֶס attamen, אֶמֶשׁ heri, לְמַעַן propter, נֹכַח contra, אָנָּא queso, & pauca quædam alia, in quibus accentus est מִלְעֵיל i. cadit in penultima. Eum enim accentum sic Hebræi appellant Chaldaico uocabulo מִלְעֵיל i. supra. Quando uerò accentus cadit in ultimam, uocant eum מִלְרַע i. infra. Quod non referendum est ad infra, uel supra literam; sed infra referendum est ad finem dictionis, & supra, ad penultimam syllabam, siue accentus notetur supra literam, siue infra.

De loco Accentuum in affixis eorum.

DIctiones Consignificatiuæ in affixione eodẽ modo recipiũt accẽtus, sicuti affixa nominũ, ut sup. dixi suo loco, ut אֶצְלִי apud me, לְפָנֶיךָ coram te, לְמַעַנְךָ propter te, בַּעֲדוֹ pro eo, בִּגְלַלְכֶם propter uos, עִמָּנוּ nobiscum, יַחְדָּיו simul, עֲלֵיהֶם super eos. Et sic de reliquis, quæ affixa suscipiunt. Et hæc breuiter dicta sufficiant. Veniamus modò ad accentum Rhetoricum.

CAP.

CAP. III.

De Accentu Rhetorico.

RHETORICVS accentus definitur, quod ſit *Artificioſa ſpiritus retentio.* Vocaturq. ab Hebr. Doct. מֶתֶג idest, *frænum*, ſeu *retinaculum*. Verſaturq. hic accentus circa dictiones ornatus, & ſuauitatis gratia, conducẽs ad id, vt ſciatur, quæ ſyllabæ longæ, vel breues veniãt producendæ. Vocatur à quibuſdam מַאֲרִיךְ i. *productor.* Notaturque hic accentus per uirgulam ad literam producendam ſignatã. Quapropter vocum, & ſyllabarum ratio haberi debet, quænam ſint breues, quæue longæ, vt eloquendo, & corripiantur breues, & longæ producantur. Ex vocibus igitur decem, quæ in principio Grammatices enumerantur. Quinque ſunt longæ quas Hebræi תְּנוּעוֹת גְּדוֹלוֹת i. *motiones magnas*, appellant. Quinque vero breues, quæ תְּנוּעוֹת קְטַנּוֹת i. *motiones paruæ*, nuncupantur.

Longæ ſunt hæc אָ אֵ אוֹ אוּ אִי

Breues ſunt iſtæ אַ אֶ אֻ אֱ אְ

Quæ, vt facilius memoria teneat diſcipulus, electa ſunt à nobis duo exẽpla hæc. Pro vocalibus lõgis ſit נוֹטְרִיקוֹן. Pro breuibus verò ſit נֶטְרִיקֻן, vt deprehẽdatur, quod omne hoc notariacũ artificium eſt, notiſque perficitur. Et hoc idcirco nobis inprimis demonſtrandum fuit, eo quod nihil ad accentum rhethoricum, qui breuibus, & longis conſtat, nihil aptius, magiſque accommodatum eſſe videatur. Debet enim diſtinctè, ac ornatè, ſiue loquendo, ſiue legendo ſyllaba longa produci, & vox ipſa aliquando retineri, quo retinaculi nomen accepit virgula in vim habenæ ad literam ſignata. Excipitur, ſi proximè accentus cõſequatur, vt שָׁמַר vbi ſyllaba שָׁ licet ſit longa

(cum ſit kamets) tamen vox non eſt retinenda, nec ſyllaba producenda, cum immediatè ſequatur accentus Grammaticus, & naturalis in מָר · Sin autem mediatè aliquid interſit, ita vt accentus ſequens à ſyllaba longa diſtare videatur; tunc ſupra eandẽ ſyllabã longã quandoq. ponitur virgula, vel duo puncta minuſcula ſubalternatiuè poſita, non vt vox exaltetur, & eleuetur, ſed vt per theſin aliquãtulũ remoretur, vt וְשָׁמַרְתָּ i. & cuſtodies, vbi accentus proprius in תָּ mediate diſtat à ſyllaba longa שָׁ, ideo virgula tarditatis ſignatur ad שָׁ ſic וְשָׁמַרְתָּ vbi prima virgula eſt retinaculum, ſecunda eſt accentus: ſic hic וּבֵרַכְתָּ i. & benedices, permittit accentus in vltima, tertiam ante ſe produci. Hic verò אוֹמֵר non permittit; ſed ſi aliquid intercedat, tunc permittit eandem longam per retinaculum deſignari, & remorari, vt פּוֹקְדִים אוֹמְרִים · Eodem modo experieris in Vau ſciurek, vt קוּמָה שׁוּבָה vbi accentus in מ & ב non permittit produci primam ſyllabam, quamuis ſit naturaliter longa, quia nihil inter vltimam, & primam intercedit. aliter autem cum dixerimus שׁוּבָה טוֹבָה vbi prima notatur per retinaculum, & tarditatis notam, ſed vltima ſignatur per accentum. Eodem modo dicendum eſt de Chirik cum iod; nam ſi dicamus שִׁירָה חִירָה nullam licentiã habebimus producendi primam, licet ſit longa; nam accentus in vltima cum proximus ſit ſyllabæ, illud prohibet. Verum ſi inter eaſdem ſyllabas intercedat aliquid medium, certe poterit prima vox aliquantũ retineri, & extendi, vt וְשִׁירַתִּי וְהִירַתִּי &c. Iam enim accentus diſtat a prima longa per ſyllabam mediam, vt in regulis infra tradendis dicetur. Quemadmodum autem ſyllabæ longæ in oratione ſunt producendę, niſi obſtet exceptio, ita breues ſunt corripiendæ. Porrò excipitur ſi proxime ſequantur vocales אהחע tunc enim quæ præcedit breuis, pro-

ducitur

ducitur & extenditur proferendo, vt in his יֶאֱסוֹף יַעֲשֶׂה &c. in quibus quanquam prima syllaba sit breuis; tamen quia sequitur vna ex gutturalibus, ideo extenditur, & producitur sonus eius signaturq. per retinaculum, vt שַׁאֲלוּ *rogate*. Aliqui tamen libri hic tenent primam per Kamets. Sed illud indubitatum erit exemplum מַהֲרוּ וַעֲלוּ *festinate, & ascendite*. Gen. 45. & sic de similibus. Vt autem facilior aditus discenti pateat, resq. omnis clarior appareat posui sequentes regulas memoriæ tradendas.

Prima Regula.

NVlla principalis syllaba, quæ cum voce magna scribitur proxime ante sceuà est corripienda Per principalem intellige eã, quæ est prima substãtialis, vt אִמְרוּ הוּבְאוּ לִקְחוּ יִצְאוּ פִּינְחָס. Idem iudicium est de syllaba principali, quam immediate sequitur litera duplicata, quarum prima scribitur cum sceuà, vt צִלְלוּ שׁוֹכְבִים.

Secunda Regula.

SYllaba tertia ante accentũ grammaticum nunquam corripitur per Hateph, vt אָנֹכִי בֶּעָנָן excipiuntur יִשְׂרָאֵל אַבְרָהָם & similia, quæ in principali syllaba non patiuntur productionis notam, quantumlibet post eam sequatur in tertia syllaba accentus grammaticus. Et hæc regula etiam veritatem habet in duabus dictionibus, quarũ prior est makaph .i. in cõstructione sequentis continuatiua, vt יִקַּח־לוֹ vbi in prima signatur retinaculum. Et idem iudicium est habendum de eis, & similibus exemplis. מִשְׁנֵה־כֶסֶף יִסְלַח־לָהּ vbi post priorem dictionem sequitur dictio encletica, i. monosyllaba, aut alia, quæ acuitur in prima, continuata per makaph. i. habens se, vt recta ad re-

gentem. In tali enim caſu, reijcitur prioris accentus in ſequentem encleticam.

Tertia Regula.

OMnis litera miniſterialis, ſeu accidẽtalis primaria, quę pręcedit vnam ex his dictionibus הויה ſiue חיות patitur retinaculi, ſeu productionis notã, vt וַֽיְהִי וַֽיְחִי אֶֽהְיֶה יִֽחְיֶה בִּֽהְיוֹת לִֽחְיוֹת בִּֽהְיוֹתָם, ſiue accentum ea ſuum relinquant per hyphen, ſiue retineant per hypodiaſtolen. Sed Hebræi pro eo quod eſt hyphen dicunt Makaph, & pro hypodiaſtole dicunt paſek, cuius vim & virtutem, habet etiam rex Paſctà.

Quarta Regula.

QVęcumque litera ex בכלם præpoſita literis accidẽtalibus deſeruientibus alicui dictioni incipienti ab אהחע notabitur retinaculo, vt בְּֽמַעֲשֵׂר כְּֽמַעֲשֵׂר לְֽמַעֲשֵׂר מִֽמַּעֲשֵׂר in quibus etiam dagheſſatur Mem primaria litera poſt miniſterialem.

Quinta Regula.

OMnis litera primaria præpoſita literis אהחע recipit productionem, patiturque retinaculum, vt verbi gratia הָֽאֲנָשִׁים לָֽאֲנָשִׁים הַֽחֲכָמִים Et his ſimilia.

Sexta Regula.

SI primam ſyllabam ſequatur daghes, non imponetur ei retinaculum, vt חַטָּאתִי *peccatum meum* Pſal. 51. Secus autem erit, ſi daghes per interuallum ſequatur; nam tunc prima producitur, & notatur per retinaculum, vt הַֽחַטָּאת ſimiliter וְֽנָתַתָּ.

Septima Regula.

SYllaba quę pręcedit punctum -: vel ∴ per retinaculum producitur, vt יַֽאֲסֹף יַֽעֲקֹב &c. Sin autem ſcribatur per hateph non pathah, vel non ſægol, tunc non recipit retinaculum.

Octaua regula.

LIteræ accidentales quæ præcedunt in adorationis verbo, recipiunt retinaculum, vt וַֽיִּשְׁתַּחֲוּוּ וַֽתִּשְׁתַּחֲוּוּ excipitur וַיִּשְׁתַּחוּ quod non producit primam, nec retinaculo notatur.

Nona regula.

LItera ה quum vt quæſitiuum, vel adminiſtratiuum ſignum præponitur dictionibus, aut quum iungitur præſenti tempori coniugationis Pihel, vel Hiphil, ſolet habere retinaculum, vt הָֽעוֹר הַֽמְדַבֵּר הַֽשָּׁלוֹם R. Elias addit he הַֽיְדִיעָה, ponitque diſcrimen tale inter ipſum, & he quæſitiuum. Nam he haiedihà habet retinaculum in latere ſiniſtro, vt הַֽמְכַסֶּה, ſed he quæſitiua litera habet virgulam illam in latere dextro, vt הֲֽמְכַסֶּה, *num operit?* Ratio huius diuerſi ſitus eſt, quod mætheg he haediæ eſt loco daghes, & mæthegh he quæſitiui eſt loco ſceuà.

Decima regula.

OMnis dictio, quæ habet accentum in prima, & conſtruitur cum ſequenti per Makaph extendit primam per retinaculum, vt מֶֽלֶךְ־מִצְרַיִם בַּֽעַל־פְּעוֹר. Et ſic de ſimilibus.

Vndecima regula.

COniunctio vau ante iod literam futuri plerumq. habet retinaculum, niſi verbum defectiuum deſinat in literam gutturalem, tunc enim non eſt capax retinaculi, vt וַֽיִּזְבְּחוּ וַיַּעַשׂ & cætera.

Duodecima regula.

OMne מָה ſiue מֶה in ſtatu conſtructionis quando vniuntur ſiue continuantur cum ſequenti ab vna illarum אֹהָי incipiente, retinaculum ſuſcipit.

Deci-

Decimatertia regula.

OMnis dictio parua, ideſt, quam ſceuà reducit ad prolationem monoſyllabicam, vel quæ per ſe eſt monoſyllaba, in qua eſt iod vel in medio, vel in fine, & continuatur cum ſequenti per Makaph, patitur retinaculum, vt שְׁנֵי שְׁתֵּים אֵין כִּי אִישׁ הִיא שְׁנֵים . Et ſic de alijs ſimilibus.

Decimaquarta regula.

VAu in fine dictionis continuatiuæ, ad ſequentem per makaph, recipit extenſionem & retinaculi notam, vt אוֹ־מֶלֶךְ &c.

Decimaquinta regula..

VBicumque illud nomen ſanctiſſ. Tetragrammaton.ſ. יהוה eſt continuatiuum ad ſequens per makaph, ſiue in ſtatu regiminis, ſeu conſtructionis, ſemper eſt ſuſceptiuum retinaculi, vt יְהוָה־אֱלֹהֶיךָ *Dominus Deus tuus.*

Decimaſexta regula.

TSere, & Holem in fine dictionis continuatiuæ ad ſequentem per makaph, retinaculum patiũtur, vt בְּעֵינֵי־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ ſimiliter etiam שְׂאת אוֹ ספחת.

Decimaſeptima regula.

OMnis dictio incipiens ab vna illarum בּכּמ quæ eſt miniſterialis, & deſeruit ſequenti ſyllabæ incipienti ab vna literarum gutturalium, ſcil. אהחע recipit in principio retinaculum, & producitur, vt ſunt: כֵּעֵת בֶּעֵת מֵעַל מֵהַר מִחוּץ מֵעֵבֶר

Decimaoctaua regula.

OMnis litera retinaculo producta, habens ante ſe ſyllabam cum litera ſeruili, facit eandem ſeruilem ſyllabam produci, vt לַמַּחֲנֶה וַיַּעֲשׂוּ וַיִּתְּנוּ לְדֹרֹתֵיכֶם בָּרִאשׁוֹנִים: , Et his ſimilia.

Decimanona regula.

QVando in dictionis principio poſt punctum ſceuà ſimpli-

cem

cem ſequitur immediate vna ex אהחע id quod apud nos, hiatus, & ab Hebræis appellatur שְׁבָא הַנָּעָא, ideſt *ſceuà boatus*, tunc prima litera per ſceuà notata patitur retinaculum ; vt כְּהַרְרֵי־אֱלֹהִים *ſicut montes Dei*. Pſal. 36. & תְּחִי *viuat anima mea*. Pſal. 119. & לְעוֹלָם Pſalmo 39.

Vigeſima regula.

SI aliqua literarum בכלמה inueniatur deſeruiēs ante mem, vel nun, ea producitur, & cum retinaculo ſcribitur, vt בְּמַחֲנֶה כְּמַחֲנֶה הַנַּעֲרָה. Et ſic de alijs ſimilibus.

Appendix.

RAbbi Elias leuites in ſuo libello de accentibus loquens de methegh, hæc habet: Vertitur nōnunquam מֶתֶג in accentum miniſterialem, conueniuntq. in vna dictione rex & miniſter, zakeph.ſ.katon, & munàh, vt וְשִׁמַּרְתָּ וְהָעֵצִים. ſic quando Kadma, & Azla in unam dictionem veniũt, mutatur retinaculum in Kadma. vt וַהֲבִיאוֹתִים וַיָּאוֹ. Item conſtat ex Grammatica quod ſceuà illud quod venit poſt vocem magnam fit mobile, & ob id ſemper adijcitur illi voci magnæ retinaculum ; vt יְבוֹלְךָ פִּינְחָס שׁוֹפְטִים אָמְרוּ. Interdum iſta virgula etiam adijcitur vocibus paruis quando ſtant loco vocum magnarum, vt גִּבְלְךָ יִשְׂמַח. Et nonnunquam mætheg mutatur in munach, præſertim quando ſequitur zakeph Katon, vt נִכְרָה. Item ante literas gutturales hatephatas ſemper ponitur mæthegh, ſiue vox illa ſit parua, ſiue magna, vt וְשָׁאֲלָה מֵאָנוּ יַעֲבוֹר. Idem iudicium eſt de his exemplis וְקֶרֶב וְזָהָב בְּעֵינֵי בְּקָרְבָם צָלְלוּ. Itē aliquando veniunt in una dictione duō mætheg, ut הַכְּנַעֲנִי. Et nonnunquam in unum mutatur miniſtrum, ut הַנַּעֲרָה. Inueniuntur quoque dictiones quædam in quibus tria retinacula ſcribuntur. Sunt autem retinacula in triplici genere: Quædam uocantur primaria, quæ .ſ. primam occupant

pant

pant uocem̄ : alia gutturalia, nempe quæ ob gutturalem literam hatephatam ſignantur : & quædam regalia quæ propter voces magnas ſignantur. De גַּעְיָא Elias ſic ſcribit. Non ſūnt idem Ganghia, & Męthegh, quoniam męthegh tunc ſolū vocatur mugitus, quando ſcribitur iuxtà ſceuà, illic enim lector mugitu quodam retinet vocem ſuam, ſcribendaq; eſt virgula ad dexteram ſceuà. Porro prolatio eius ante literas gutturales, conformatur vocali literæ gutturalis, vt תְּחִי Tihi, ſic דְּעוּ dungù. Et quando ponitur ante iod, migrat ſceuà in hirich, vt וַיְּדְעוּ viiedengù, בְּיַד biiad. Ante reliquas vero literas habebit prolationē pathach, vt לְבָב lauau, וְנְשׁוּבָה uanaſciùua. Et de hoc ponitur regula generalis. Omne ſceuà mugiens ubicumq; in Biblia inuenitur, legitur ut pathach, exceptis his locis ubi ipſum mox ſequitur litera gutturalis, aut litera iod.

CAP. IV.

De Makaph.

SOLET à Grammaticis definiri מַקַּף quod ſit, *Linea quædam breuis copulans duas dictiones continuas ad inuicem*; Et hoc euenit cauſa punctorum, & accentuum : aut cauſa interrogationum, ſeu cauſa nominum. Sonat autem מַקַּף idem quod סִבּוּב *conuerſionem*, ſeu *connexionem*. Quidam uocāt eam סְמִיךְ .i. *ſuſtentationem*; ſuſtentantur enim in ea uirgula duæ dictiones. Vſus eius ut in plurimum eſt in dictionibus paruis quæ maioribus adhærēt, ut גַּם־אִשָּׁה, item עִם־אֱלֹהִים · ſic אַךְ־הַפַּעַם · Vbi notādum quod articulus אֶת fere ſemper habet ſægol, & makaph : quando autem proprium habet accentum punctatur cum tſere. Idem iudicium eſt de יֶשׁ & כֵּן & de quibuſdam nominibus, ut ſunt בֶּן שֶׁם לֶב · Sic quādo plurale conſtructiuum maſc. cum makaph alteri iungitur dictioni

dictioni, mutatur tſere in ſægol. Item dictio כל cum accentu proprio habet holem: cum makaph verò habet kamets hatuph. Inter duo verba nunquam inuenitur makaph, ſed inter nomen & verbum, inter duo nomina, inter duas dictiones conſignificatiuas, inter conſignificatiuam & nomen inuenitur. Item in verbis deſinentibus in futuro in tſere, propter makaph mutatur tſere in ſægol, vt וַיִּתֶּן־לְךָ ſic וַיִּשַּׁק־לוֹ. Et quæ in holem deſinunt, propter makaph mutãt illud in kamets hatuph, vt זְכָר־נָא יִשְׁמָר־דַּעַת. In quinto tamen ordine holem non mutatur, vt לַעֲשׂוֹת־לוֹ. Cuius ratio eſt, quod Thau non eſt eſſentiale, & Vau eſt plenum.

Et hæc breuiter dicta ſint de accentu Rhetorico.

CAP. IV.

De Accentu Muſico.

ACcentus Muſicus, qui ab Hebræis נְגִינָה, ideſt, harmonia, & Græco vocabulo Tropus dicitur, definitur. (vt ſup. quoque in principio tractatus dixi.) quòd ſit ille quo modulatione quadam, & harmonia voces proferuntur, cuius primus fertur Moyſes inuentor extitiſſe, qui conceptum mentis iubilum in certos articulos ac membra redigere docuit. Id quod poſt maris Rubri tranſitũ manifeſtare filijs Iſrael voluit, dũ dixit Exod. 17. אשירה לה׳. ideſt, cãtabo Domino, & populus etiã dicebat אשירה לה׳. Moyſes dicebat, כי גאה גאה, quoniã magnificando magnificauit. Et Iſrael reſpondebat, אשירה ליהוה. Et hoc ideo erat quia vox vnius, voci alterius reſpõdebat, & ſic ambę ſuauẽ reddebant cõcentũ Vnde & Cantica Sion maxime laudabantur, ſicut indicatũ eſt à Dauid in Pſalmo

mo 137. dum dixit, Hymnum cantate nobis de canticis Syon. Sed modo propter longam captiuitatem, & propter eorum peccata Hebræi obliti ſunt cantionum illarum, nec regulas vllas habent, ſed in ſuis ſynagogis canunt in libro legis cantilena quadam inſuaui, & inordinata, quam ad concentum aurium propter practicam didicerunt. De qua nihil hoc loco dicam, cum non ſit neceſſaria. Siquis vero Accentuum Muſicorum cantus cognoſcere cupit, legat Reuclin. in fine Tractatus ſui de Accentibus.

FINIS.



F. FRAN-

F. FRANCISCI DONATI
ORDINIS PRAEDICATORVM.

Opuſculum Secundum

DE ABBREVIATVRIS HEBRAICIS
Alphabetico ordine digeſtum.

IN QVO OMNES ABBREVIATVRAE quæ in varijs Hebræorum libris, ſcriptiſq. inueniri potuerunt, breuiter, dilucidèq. explicantur.



ABBREVIATVRÆ (quæ ab Hebræis ראשי תיבות, ideſt, capita, ſeu initia dictionum appellantur) ſunt quando ex duabus, vel pluribus dictionibus initiales quæque literæ ſegregatæ velut in vnum corpus coaleſcentes, duabus virgulis ſupernè inſigniuntur, vt אע״ג, vel iuxta aliorum ſententiam, ſingulæ literæ ſuo ſupernè puncto, ſeu virgula notantur hoc modo, הׄקׄבׄהׄ, vel יׄרׄחׄ. Aduertendum autem eſt quod non omnes illæ literæ, quæ virgulis ſupernè, vel punctis notantur, abbreuiaturæ ſunt, ſed etiã aliquando ſunt numeri, vt השׁ״ב, 5302. aliquando Alphabeti literæ vt, אל״ף, Aleph, & aliquãdo nomina propria, vt ויניצ״יאה, Venetijs. Omnia autẽ iſta facile ex verborum tum antecedentium, tum ſubſequentium ſenſu dignoſcere poteris. Accedamus ergo ad explicationem ſingularum ſuo ordine.

ABBREVIATVRAE INCIPIENTES *à litera Aleph.*

א

א׳ Primo. In numeris valet idem quod אחד, Vnus, vel אחת, Vna, vt א׳ בפה וא׳ בלב, id est, Vnum in ore, & aliud in corde. i. animo.

Secundo. Hæc eadem litera, virgula inferius posita, sic אָ, valet 1000. sicut etiam in alijs literis בָּ 2000. גָּ 3000. &c.

Tertio. Hæc litera, virgula supra posita apud Cabalistas deseruit pro nomine Diuino אל, i. Deus.

Quarto. Idem significat quod אמר, dixit; licet in hac significatione frequentius scribatur communiter præposita litera ו, vt ואמ׳, pro ואמר, Et dixit, quod pro verborum sensu legitur etiam in plurali, vt אמרו dixerunt ואמרו, &c.

Quinto. Significat אמן, Amen. Et hoc passim in comment. occurrit.

Sexto. ראשון, Primus vel primò, vel fœm. ראשונה, prima.

Septimo. יהוה, Dominus. In Tikkune hazzohar.

Octauo. אויר, Aer, videlicet, Aura, in lib. פי׳ השם, cuius author est Rabi Iacob Cohen.

Nono. אדוני, Dominus. In lib. De Diuino auditu.

Decimo. אדם, Homo.

א״א Primo. א׳ אפשר, Nō est possibile, vel, impossibile est

Secundo. אמר אחר, Dixit alter. Vel in plur. אחרים אומרים. Dicunt alij.

Tertio. אמר אליהו. Dixit Elias, vel אליהו אשכנזי, Elias

Elias Germanus. Nomen eſt cuiuſdam Grammatici.
Quarto. Significat, ארוני אבי .i. Dominus meus, pater meus. Et in hac ſignificatione frequenter inuenies apud R. D. Kimhi. אא״זל .i. ארוני אבי זכרונו לברכה. Dominus meus pater meus, memoria eius (ſit) in benedictione, ſic mentionem facit R. Ioſeph Kimhi patris ſui.

Quinto. אי אמרית. Si dixiſſem. Chald.

Sexto ארבעה אחים. Quatuor fratres.

Septimo. אמר אברהם. Dixit Abraham.

Octauo. אין אומרים. Non dicunt.

Nono. אמר אוריין. Dixit Oreiin. Eſt nomen proprium cuiuſdam commentatoris, diſcipuli Rambam.

Decimo. אופן אחר. Modus vnus. apud R. Leui. vel אופן אחר .i. modus alius.

Vndecimo. אשת איש. Vxor viri.

Duodecimo. אמן אמן. Amen, Amen.

Decimotertio. אי איכא. Si eſt, vel, ſunt. Significat etiam אחר אמר. poſtea dixit. Vel אמר אחר. Dixit vnus Vel אם אומר: Si dixero. Sonat etiam אני אומר. Ego dico, vel אתה אומר. Tu dicis.

Quartodecimo. אי בעית Si volueris, ſi queſieris. Thal.

אאא Primo ſignif. אלא אי אמרת. Sed ſi tu dicis. Thal.

Secundo. אמן אמן אמן. Amen, Amen, Amen.

Tertio. אף אני אומר. Etiam ego dico.

